ſtudioſi lucri continenterq; uiuentes acquiſierint, publicatum iri peſſimis deſidioſiſſimisq; ciuibus. Multæ quoque eſſe dicens fatuitatis, uolentes ipſos hoc inſtituto deteriori parti gratificari, deſpicere meliorem, publicantes que aliena iniuſtiſſimis ciuium, ab his qui ea iuſte poſſederint auferre. cogitareq; ipſos iubebat, quod nequaquam à pauperibus, nullam uim habentibus, ciuitates perduntur iuſta eis facere cogentibus: ſed per diuites, & qui ciuilia adminiſtrare poſſint, cum à deterioribus contumelia afficiuntur, neq; iuſta impetrare poſſint. Quod ſi non ægre laturi eſſent hanc rem ſponſionibus priuati, manſuetéque quodammodo negligenterq; iacturas ferrent, ne ſic quidem pulchre ſibi rem habere, neque tute tale munus dari pauperibus: per quod ſine cõmercijs contractibusq; inter ſe odibilis futura eſſet communis uita, rerumq; neceſſariarum & uſuum ſine quibus habitari urbes non licet inops: non ſerentibus amplius regionem colonis, neque conſerentibus, neque mare nauigantibus, permutantibusq; alternatim res maritimas mercatoribus, neque aliam operationem iuſtam peragentibus pauperibus. In hæc enim omnia indigentibus neminem diuitem pecunias ſuas eſſe abiecturum. Ex hisq; fore inuidiæ opulentiam, ſtudiumq; diſſolui operæ, melioremq; habituros ſortem intemperantes homines quàm continentes, & iniuſtos quàm iuſtos, & qui aliena depecularentur, quàm qui propria cuſtodirent. Eſſe autem iſta quæ facerent ſeditiones in urbibus, peſtesque inuicem inceſſabiles, omneq; aliud malorum genus: per quæ quidem feliciſſime agentes ciuitates priuatæ ſunt libertate, & quæ deterioris fortunę erant omnino perditæ. Maximeq; cauendum cenſebat nouam ipſis conſtituentibus Remp. ne qua in eam praua ingrederetur conſuetudo. Magnam enim eſſe neceſſitatem, ut qualia ſunt quæcunq; publica ciuitatum ſtudia, tales fiant priuatorum uitæ. Conſuetudinem autem nullam peiorem eſſe, neque urbibus, neq; domibus, quàm ut ſemper ad uoluptatem uiuat quiſq;, concedanturq; minoribus à ſuperioribus omnia, ſiue ad gratiam, ſiue per neceſſitatem. non enim expleri deſideria ſtultorum, potientia quorum indigeant, ſed maiora alia ſtatim appetere, inq; infinitum progredi. Eſſeque hoc maxime proprium multitudinis, quæ per ſe quiſque agere erubeſcit, aut timet à meliore coercitus, ea multis ſi fiant communia, peccari promptius, uim ſententiæ ſuæ aſſumentibus quibuſq; ex uolentibus ſimilia: inexplebiles autem, nulliusq; eſſe termini ſtultæ turbæ appetitiones. Incipiẽtes igitur inhiberi oportere inquit, donec debiles ſunt & infirmæ, non cum uehementes magnæq; euelli nequeũt. Eſſe enim grauiorem iram omnium cum fraudantur conceſſis, quàm ſi ſperatis minime potiantur. Vtebaturq; exemplis in hoc multis percurrens geſta græcarum urbium, quæcunque cauſis aliquibus intempeſtiuis molles factæ prauorumq; ſtudiorum principia ſinentes ingredi, non amplius cohibendi ea tollendiq;e poteſtatem habuerunt, ex hisq; in turpes intolerabilesq; deuenire coactæ ſunt calamitates. habereq;

Cauſæ omnium malorum

ſimile aiebat aliquid cum priuatis Remp. animo hominis proportionem aliquam ad Senatum habente, corporeq; ad populum. Sicq; igitur dominari Senatui populum amẽtem ſinant, paria paſturos ipſos inquit cum eis, qui corpori animum ſubĩciunt, non ex ratione illi, ſed ſecundum affectionem uiuentes. Si uero regi ducíque à Senatu populum conſueſcant, idem facient, quod qui corpus animo ſubĩciunt, & ad optimum, non ad ſuauiſſimum ſpectantes uitas ducunt. Iacturam autem nullam magnam faciendam urbi declarabat, ſi ferentes ægre pauperes non conceſſam ſibi abſciſſionem æris alieni nolint arma pro ea capere, paucos quoſdam eſſe dicens qui nihil prorſus ſibi præter corpus reliquerint. Neque eos utilitatem aliquam exhibere miram reipublicæ, ſi interſint militiæ, neque damnum ſi abſint: commemorans eis, quod ultimum in bellis locum accipiunt qui minimum habent cenſum: & quod ſortem habuerunt adiectionis ad eos qui ſunt in acie collocati, accedentes iſti obſtupefactionis hoſtium cauſa, tanquam nihil ferentes armorum præter fundas, quarum minima eſt in prælĩs utilitas.

Confutatio Eos uero qui miſereri paupertatis ciuium, opitulariq; nequientibus diſſoluere æs alienum ſuadent, exquirere inquit oportere, quid tandem eos pauperes effecerit, ſortem quidem accipientes, quam eis patres reliquerunt, exq; militia plurimum emolumenti adeptos, ex req; poſtremo tyrannorum contingentem eis partem ſortientes: & quos deinde uiderent uentri turpiſſimisque indulgentes uoluptatibus, perque iſta excidiſſe cenſu, dedecus eos urbis, detrimentumq; exiſtimare, magnumq; opinari lucrum hoc publicum, ſi uolentes ſponte ipſi extra urbem corrumpantur: quoſcunque autem ob fortunæ iniquitatem ſentirent amiſiſſe res ſuas, his ex rebus ipſos propriĩs benefacere. Optime enim hoc etiam cognituros eos, facturosq; dicebat, qui pecunias credidiſſent: opemq; ad infelicitates eorũ laturos illos ipſos, non ui coactos ab aliĩs, ſed ſponte: uti eis pro pecunia ſupereſſet pulchrum emolumentum, gratia. commune autem afferre omnibus ſubſidium, cuius eſſent futuri ex æquo mali boniqué participes, nec ex propriĩs, ſed ex alienis aliquos benefacere: & à quibus pecunias auferrent, ne pro meritis quidem gratiam ſaltem relinquere: uirtuti minime conuenire Romanorum. Super omniaq; hęc & alia, graue quiddam nec ferendum eſſe Romanis principatum ſibi uendicantibus: quæ laboribus multis patres acquirentes poſteris ſuis reliquerint, non ex eorum uoluntate, nec è perſuaſis ipſis, nec quo tempore agere optima conueniat reiq; publicæ utilia, ſed tanquam urbe capta, uel capi expectante, præterquàm quę eis uideantur exigere: ex quibus quidem utilitatem nullam, aut paruam admodum quandam capiant, ex malis autem contingat eos pati turpiſſima. Longe enim eſſe melius, quæ iubeant Latini agere tanquam moderatiora, nec in periculum uenire belli: quàm his qui nulla in re prorſus ſint utiles concedentes ipſos quæ uelint, eximere ex urbe fidem, quam & templi extructione, & ſacrificiĩs anniuerſariĩs patres

tres ſui decorare ſtatuerunt: & hoc quidem ut funditores in ſocietatem ſibi ad bellum capiant. Caput autem tale erat ei ſententiæ, ut ciues eos qui fortunæ belli uellent eſſe participes, quibus æquis cõditionibus & cęteri, ad res gerendas aſſumerent: eos uero qui per fœdera qualiacunq; æquum cenſerent ſe pro patria arma capere, tanquam nihil profuturos etiam ſi caperent, ualere ſinerẽt. quod ſi ſciant illi, aiebat exhibituros ſeipſos obſequentes eis, qui de republica præclare ſentiant. Solet enim ferè ſemper quodammodo inſenſatum omne ſi quis ei aduletur magnifice ſentire de ſe. cum uero exterreat aliquis, modeſtum eſſe. & hæ quidem differentes inter ſe plurimum dictæ ſunt ſentẽtiæ: aliæ uero mediæ quædam inter has pleræq;. alij enim eos tantum liberari ære alieno, qui nil poſſiderent cenſebant, rem eorum ab ductilem creditoribus facientes non corpora: alij uero diſſoluendas eſſe de publico pro inualidis ſponſiones, ut fides pauperum cuſtodiretur caritate publica, nec qui eis contulerant pecunias læderentur. Videbatur autem aliquibus etiam eorum qui iam ob pecuniam ſibi creditam detinebantur, & eorum quibus libertas auferenda uideretur, liberari oportere corpora captiuitatis metu, corporibus alijs pro iſtis creditores remunerando. Talibus uero quibuſdam dictis, uictrix fuit ſententia, nullum fieri in præſentia de his rebus S. C. cum uero finem caperent præclarum bella, tunc referrent ad ſenatum Coss. exquirerentq; ab eis ſentẽtias: nullamq; interim exactionem fieri contractus alicuius, ſiue uadimonij, ſiue condemnationis: intermittiq; alias diſceptatiões omnes, iuſtitiũq; indici: neq; cognoſcere magiſtratus de aliquo, præter ea quæ ad bellum pertinerent. Hoc S. C. elatum in plebem diminuit quidem aliquid ciuilis perturbationis, ſed non tamen ſeditionem ſuſtulit ex urbe omnem. Erant enim mercenarię multitudinis aliqui, quibus minime ſufficiens auxilium uidebatur ſpes de Senatu clari certiq; habens nihil, ſed ex duobus alterum poſtulabant Senatum facere: aut dare eis iam iam debitæ pecuniæ dimiſſionem, ſi eos ſocios habere uellet periculorũ: aut non uerba eis dantem, rem omnẽ ipſum in alia differre tempora. non enim ſenſus eoſdem eſſe hominum, cum indigent: & cum omnibus quorũcunq; indigebant ſunt expleti. In tali uero Reip. conſtitutione ſpeculans Senatus, per quem maxime modũ fieret ne plebs amplius moliretur res nouas, tollendam eſſe iudicauit in præſentia cõſularem poteſtatem, aliquemq; alium magiſtratum creandum, belli pacis reiq; omnis alius dominum imperatorem q;, neq; obnoxium rationi reddendæ alicuius eorũ quæ uellet aut ageret. Eſſe uero poteſtatis tempus magiſtratui nouo moderatum, ſex menſes, poſtq; tẽpus illud ſemeſtre imperare rurſus Conſules. Quæ uero Senatum cogebant ad tyrannicum diſſoluendum bellum ultroneam tolerare tyranni dem, multa quidem erant alia: ſuper omnia uero lex, quam alter conſulum ſanxerat P. Valerius Publicola, de qua prius dixi: feciſſe eam ſententias cõſulum inualidas ad puniendum Romanorum quenq;, ante cauſæ dictionẽ,

victrix ſententia

permittentem eis qui ducebantur ad supplicia prouocare cognitionē causa: à magistratibus ad populū: donecq; tulisset populus de corporibus eorum uitaq; suffragiū, esse eos in tuto: ac iubentem qui præter ista facere conarentur, morti impune tradi. Cogitabat igitur hac lege stante, minime obtemperaturos esse coactos à magistratibus pauperes, despiciētes ut uerisimile erat, supplicia, quę non statim subituri essent, sed cū eos condemnasset populus. Abrogata uero hac lege in multam adduci omnes necessitatem, ut iussa facerent. Ne ergo pauperes aduersarentur, si quis hanc legem palam abrogaret, statuit parem tyrannidi magistratum ad res gerendas adducere, qui leges omnes sub se habiturus esset. Scribitq; S. C. per quod quidem decipiens pauperes, & quæ eis libertatem cōfirmabat legē auferens latuit. Erat autem S. C. tale. Vt Largius & Clœlius, tunc Coss. potestatē deponerēt, & si quis alius magistratū haberet, aut publicarū rerum procurationem: unusq; uir, quemcunq; Senatus eligeret, populusq; confirmaret, rerum omnium potestatem assumens imperaret, nō plus semestre tempus, maiorem habens q̄ Coss. potestatem, hoc quā haberet uim ignorans plebs, decernit firma esse quæ Senatui uiderentur. Erat igitur magistratus hic maior tyrannide secundum leges: electionemq; futuri magistratus Senatui ipsi concedunt consultanti per sese facere. post hæc uero multa affuit primoribus Senatus inquisitio, atq; prouidentia de uiro, qui esset ad imperium suscipiendus. Videbantur enim sibi uiro prompto & alacri ad res gerēdas indigere, multamq; habente certaminū bellicorum experientiā: ultraq; hæc prudente & moderato, neq; propter magnitudinē potestatis ad insanum aliquod adducendo: superq; ista omnia atq; alia, quæcunq; adesse opus est imperatorijs bonis, imperare constanter sciente, neq; aliquid molliter ignoscente cōtumacibus: cuius rei in præsentia maxime indigebant. Videntes aūt esse omnia quæcū/que postulabant in altero consulum T. Largio: neq; enim uirtutibus excellens Clœlius, alacre illud bellicumq; habebat imperatoriūq; terribile, sed clemens erat ultor non parentiū: pudori tamen sibi esse ducebant, alteri magistratum auferre, quem ex legibus accepisset, largiriq; alteri utriusq; potestatem regia maiorem specie. necnon subibat timor ne ægre ferens Clœlius ablationē hanc magistratus, ut ab indigno, & affectus ignominia à Senatu, mutaret uitæ propositum, fieretq; patronus plebis, ac Remp. euerteret. Verentibus itaq; omnibus quæ sentirent in medium efferre, hocq; diu facientibus, natu maximus honoratissimusq; consulariū sentētiam tulit, per quam utroq; Consulum in honore æquo custodito, ab illis ipsis magis idoneū ad imperandum inuenere. Dixit enim uideri sibi, quandoquidem uim imperij decreuit Senatus, populusq; cōfirmauit, uni uiro dari, relinqui duo consilij curæq; indigentia nō paruæ: quisnam esset parem regio susceptus magistratum, & à qua dictus potestate legitima: quodq; eorum alter qui tunc erant Consules, siue cōcedente Collega, siue iacta sorte, eligeret ex Romanis quem putaret & præclara & utilissima ciuitati procuraturū. Interregibus e-

Senatusconsultum

nim in præsentia opus non esse suæ ipsis sententiæ(ut in monarchis creandis consuetudo erat)habente urbe pium sanctumq; imperiũ. Laudantibus aũt sententiam eius omnibus,assurgens alter post hunc dixit: mihi uidetur Patres hoc etiã sentẽtiæ huic addere,duobus uiris claris hoc tẽpore Remp. administrantibus,quibus meliores utiq; nõ inueniretis: alterũ eorum dominum designari electionis,alterumq; à Collega eligi, illis ipsis dijudicãtibus inter se opportuniorẽ:ut adsit eis cũ honore par gaudiũ,alteri quidem quod præclarũ Collegã elegerit,alteri uero quod optimus sit à Collega iudicatus: suaue em̃ pulchrumq; utrũq;.scio tamẽ quod hac parte etiã sententiæ non addita, ipsis utiq; uisum esset sic facere,ne uobis quidẽ melius aliud uolentibus. Visum est omnibus hoc esse ad uotũ dictũ,nulloq; amplius adijciente quicq; ei sentẽtiæ,decretũ cõfirmarunt. Vbi uero potestatẽ acceperũt consules cognoscendi,uter eorũ esset ad imperandũ magis idoneus,admirabilem quandã,præterq; omẽs humanas opiniones rem egere. Non enim dignum uterq; sese declarabat principatu,sed uterq; alterũ: contriuerũtq; totã diem illam,uirtutes alter alterius p̃censentes,ac multis precibus deprecãtes imperiũ:adeo ut in multa essent q in senatu aderant consilij inopia. dissoluto aũt concilio propinqui genere utriq; eorũ,senatorũq; cæterorũ qui p̃itissimi honoratissimiq; erant,euntes ad Largiũ multas ei adhibuerũt usq; in noctem preces,docẽtes ut spes in eo omẽs posuisset Senatus: illudq; minime studio sum eius ad magistratũ,dãnosum esse Reip. affirmãtes. Erat aũt ille immutabilis,partimq; rogans unũquemq;, partimq; cõtradicens,diu p̃stitit. Die uero insequente cõgregato iterũ Senatu,posteaq; tunc etiã repugnabat,suadentibusq; omnibus sentẽtia non absistebat: assurgens Clœlius,pronũtiat ipsum quẽadmodũ soliti erãt Interreges,seq; magistratu abdicat. Sicq; primus creatus est hic Romæ princeps unicus,belli pacis rerũq; cæterarũ imperator.nomẽq; ei impositũ est dictator,siue ꝓpter potestatẽ iubendi dictandiq; quod uellet,& quæ iusta pulchráq; cæteris, quẽadmodũ ei uideret: nã præcepta & præscriptiones iustorũ & iniustorũ Romani edicta uocant:siue (ut quidam scribũt)propter eam quę tũc fiebat dictionẽ,quandoquidẽ non à populo magistratũ inuẽtum more patrio habiturus erat, sed ab uno uiro dictus. Neq; enim oportere putabant inuidioso etiã nomine grauari eũ magistratum,qui liberam administraret ciuitatẽ:cumparentiũ ipsorũ causa,ne odiosis appellationibus perturbarentur:tũ ad suscipientiũ etiã magistratus prouidentiã,ne laterent patientes delictũ aliquod ab alijs,aut iniuste ijdem in proximos,quæ tales ferre solent potẽtiæ. quandoquidẽ magnitudo potestatis quã habet dictator,minime declarat nomine.tyrannis em̃ electa est, dictatoria potestas. Videnť aũt mihi Romani sumpsisse etiam hoc institutum à Græcis. Nam qui αἰσυμνῆται uocati sunt apud Græcos antiquitus (ut in libris historiæ de regno scribit Theophrastus)electi quidam tyranni erant: eligebant'que eos ciuitates, non in tempus infinitum, neque semper,

Dictator primus T. Larg.

Edicta

sed in tempore quando eis expedire uideretur,& ad quantum temporis. Sicut etiam Mitylenæi elegerunt aliquando Pittacũ aduersus exules,qui cum Alcæo poeta erant. Venerunt autem ad hoc primi experimento docti, hoc esse utile. à principio enim Regibus suberat urbs quæq; græca, non ut barbaræ gentes tyrannice, sed secundum leges quasdam consuetudinesq; patrias. Eratq; omnium clarissimus is qui iustissimus,legumq; studiosissimus, nihilq; statuens extra mores patrios. Declarat autem hoc etiam Homerus Δικασπόλους, & fas constituentes reges uocans. inq; multũ permanserunt tẽpus sub cõditionibus certis administrata regna,sicuti Lacedæmoniorum. Incipientibus autem quibusdam in potestatibus delinquere,parumq; utentibus legibus,sed ex sensibus suis multa administrantibus, rem totam mœste ferentes multi, dissoluerunt regna, idq; administrandi genus: atq; condentes leges,magistratusq; creantes,his utebantur urbiũ custodijs. Vbi uero non sufficiebant leges ab eis positę ad ius stabiliendum:nec magistratus & qui curam tuendarum rerum suscipiebant auxilio erant legibus,tempusque ipsum multa afferens noua,non præclara institutorum, sed conuenientia occupantibus se casibus coegerat eligere: nec in calamitatibus tantũ improuisis,sed in excedentibus quoq; modum felicitatibus,ornatu per eas ciuili corrupto, cui celeri opus erat correctione uniusq; sententia:introducere sunt coacti in urbes iterũ regias tyrãnicasq; potestates,nominibus uelantes eas decentioribus: Thessali ἀρχούς, Lacedæmonijq; ἁρμοσάς uocantes,timentes illi Reges eos aut tyrannos appellare: tanquam sibi minime pium esset, ut quas deleuissent potestates sacramentis, & execrationibus, ac deis quoq; per oracula annuentibus,eas iterum confirmarẽt. Mihi igitur uidentur Romani sumpsisse(ut dixi)hoc exemplum à Græcis. Licinius autem putat eos dictatorem ab Albanis sumpsisse,dicens illos primos post Amulij Numitorisq; mortem,deficiẽte regia cognatione,annuos creasse magistratus potestatem habentes eandem quam Reges antea,uocasseq; eos Dictatores. Ego uero haud quærendũ duxi unde nomen hoc Romana ciuitas acceperit: sed unde exemplũ comprehensæ potestatis hoc nomine. sed de his forsan operæpretium non est plura scribere. Quemadmodum autem rebus usus sit Dictator hic primus,& quem ornatum appoſuerit magistratui, conabor breuiter percurrere: putans ista utilissima esse lecturis, quæ magnam exhibent copiam exemplorum honestorũ,plurimumq; conferentiũ legum latoribus, populorumq; ductatoribus,omnibusq; alijs qui tractare uelint ciuilia, Remq; pub. administrare. Neq; eñ inhonoræ humilisq; ciuitatis instituta,aut uitas,nec obscurorũ abiectorumq; hominũ cõsilia actionesq; sum narraturus,ita ut molestum in aliquo,garrulitasq; in paruis leuibusq; appareat,nostrũ studiũ: sed de ea quæ iusta omnibus & honesta statuerit, deq; ducibus, qui eam in hanc constituerint dignationem, quas res studeret quisq; non ignorare philosophus,uirq; ciuilis,declarabitur. Statim igi-

Licinius

Creatio Dictatorum

tur

tur ſimul atque poteſtatem aſſumpſit, magiſtrum equitum deſignat Sp. Caſſium, conſulatū gerentem Olympiade undeſeptuageſima. Hæcq; conſuetudo uſque ad ætatem meam cuſtodita eſt à Romanis: nec huc uſq; dictator ullus creatus, ſine magiſtro equitum dictaturam geſſit. deinde uolens poteſtatis uim quanta eſſet oſtendere, ad ſtupefactionem terroremq; potius quàm ad uſum, iuſſit ut cum faſcibus uirgarum, ſecures etiam per urbem lictores ferrent: morem ipſe renouans qui fuerat gentilis regibus, ſed à conſulibus relictus ex quo Valerius Publicola primus in conſulatu ſuo minuerat inuidiam imperij. exterritis autem ex hoc alijsq; ſignis regij principatus ciuibus turbulentis & nouarum rerum auidis, præclarum illud omnium à Seruio Tullio populariſſimo rege inſtitutum exequi Romanos omnes quàm primum ſtatuit, cenſumq; ſuum curiatim omnes ferre, & aſſcribere uxorem, necnon filiorum nomina, & ætatem ſuamq; & filiorum. Cenſis autem breui omnibus propter pœnæ magnitudinem (erat enim non parentibus res ciuitasq; amittenda) centum & quinquaginta milia & ſeptingenti Romanæ pubis inuenti ſunt: hinc que ſegregans qui militaris ætatis erant à ſenioribus, in centuriasq; diſtribuens pedites & equites, in quatuor diuiſit partes, quarum unam ſtrenuiſſimam circum ſe habuit: ex reliquis autem iuſſit Cloelium paulo ante Collegam ſuum quam uellet capere. Tertiam uero Sp. Caſſium magiſtrum equitum, adq; ultimam fratrem ſuum Sp. Largium, ſtatuitq; eam eſſe urbi præſidio ſimul cum ſenioribus intra muros manentem. Vbi uero parata ei fuere ad bellum opportuna omnia, duxit copias in campeſtria, trinaque ponit caſtra ſecundum ea loca maxime, unde incurſus faciendos à Latinis ſuſpicabatur. Cogitans uero prudentium ducum eſſe, non firmare tantum res ſuas, ſed res hoſtium etiam infirmare, ſineq; pugna bella, quātum liceat, ſineq; labore diſſoluere, ſicq; minus ſumptu minimo militaris multitudinis: bellorum quoq; peſſima omnium ducens, plurimumq; habentia triſticiæ ea, quæ coacti aliqui cum amicis cognatisq; ſuſcipiunt: clementioribus quàm iuſtioribus putauit eis opus eſſe diſſolutionibus. clamq; igitur mittens ad primores Latinorum minime ſuſpectos quoſdam, ſuaſit eis ut agerent de amicitia cū urbibus. mittensq; palàm legationem, & per urbes & ad ciuitatē, haud difficulter aſſecutus eſt, ut non eundem impetū amplius haberent omnes ad bellum, colensq; eos maxime talibus egregijs operibus, ut diſcederēt à ducibus effecit. Qui uero Latinorum ducatum imperatoriū acceperant Mamilius & Sextus in urbe Tuſculo copias continentes, parabant quidē ſe tanq; Romam uerſus irrupturi. abſumebant uero multum temporis differentes, ſiue urbes expectarent tardiores, ſiue extis non procedentibus eis pulchre. Hoc igitur in tempore ſeorſum quidam ab exercitu Romanū agrum populabantur. quod ſentiēs Largius, mittit in eos Cloeliū ducentem equitū & inermium fortiſſimos, qui apparens improuiſus eis, paucos quoſdam pugnantes interficit, reliquosq; captiuos

Sp. Caſſius magiſter equitum

Cenſus deſcriptio

Dictatoris prudentia

captiuos ducit. Quos quidem Largius refouens ex uulneribus,alijsq; com plectens humanitatibus simul omnes remisit Tusculum sine pretio, lega tos quoq; cum his mittens illustrissimos Romanorum:qui hoc quidem per fecerunt ut Latinorum dissolueretur exercitus,fierentq; annuæ urbibus in duciæ.quæ cum peregisset hic uir,abduxit copias ex campestribus:ac priusquam expleretur tempus potestatis omne,creatis Consulibus,deposuit imperium,ne unum quidem Romanorũ interficiens,nec expellens patria, nec ulla alia calamitate graui afficiens. Huius aũt rei æmulatio ab illo uiro incipiens,permansit omnibus accipiẽtibus eam potestatẽ usq; ad tertiam ante nos ætatem. Etenim neminem ex historia accepimus,qui non ea moderate ciuiliterq́ue usus fuerit, coacta sæpe urbe magistratus legitimos dissoluere, subq; uno res omnes facere. & si quidem in externis bellis tantum fuissent qui dictaturam suscipiebant præsides patriæ egregij, nec imperij corrupti magnitudine, minus utiq; mirandum esset. nunc uero etiam in ciuilibus seditionibus multis & magnis,Regumq; eiectione, suspitioneq; tyrannidis, aliarumq; calamitatũ plurimarum prohibitione,quicunq; tanta potiti sunt potestate,irreprehensibiles & primo imperium hoc assumenti similes seipsi omnes exhibuere: ita ut omnibus confirmata fuerit hæc opinio, quod insanabilis mali omnis unicum sit remedium,spesq; salutis ultima cũ rescindun tur omnia aliquibus temporibus sit dictatorius magistratus. Patrum uero nostrorum ætate elapsis annis fermè quadringentis à T. Largij dictatura, calumniæ habita, odiosaq́ue res omnibus hominibus apparuit, L. Cornelio Sylla primo & solo amare crudeliterq; ea potestate usо: ita ut tunc primum senserint id quod antea per omne tẽpus ignorauerãt Romani, tyrannidem esse dictaturam.Senatum enim ex qualibuscũq; hominibus constituit, tribunitiamq; redegit potestatem in minimum. Vrbes euertit totas, & regna alia quidem sustulit, alia ipse constituit:aliaq; peregit multa & arrogantia, de quibus multæ operę esset dicere: ciues quoque præter amissos in prælijs dedentes sese ei haud pauciores quadraginta milibus interfecit, aliquos eorum etiam cruciatibus affligens. Vtrum autẽ necessario uel utiliter pro Rep. ista peregerit nõ est tempus in præsentia exquirendi. Quod uero propter ista odio est habitum, uisumq; graue Dictatoris nomen,hoc mihi propositum fuit ostendere. Innatum enim est non potestatibus solis,sed & alijs hoc accidere, admirabilibusq; & de quibus decertatur in cõmuni uita rebus.Honesta enim omnia utiliaq; apparent,cum pulcre utitur eis aliquis. turpia uero & inutilia cum prauos nactæ sunt præsidentes. Huius autẽ rei causa est natura,adijciens bonis omnibus pestes item insitas aliquas:sed de his tempus dicendi esse posset aliud magis opportunum.Sequenti anno su scipientes consulare imperium A.Sempronius Atratinus, M.q; Minutius septuagesima prima Olympiade,qua uicit in stadio Tisicrates Crotoniates, præsidente Athenis Hipparcho.

Dictatorum Rom.modestia

Cor. Sylla crudelis

A. Sempron. M. Minutius

ARGVMENTVM

ARGVMENTVM LIBRI VI

Sextus liber Dionysij Halicarnasei de antiquitatibus Romanis hæc habet. Bellum cum Latinis, & eximiam illam ad Regillum lacum pugnam: Bellum cum Volscis, Sabinis, Aruncis: Seditionem Romæ ob nexos: Principum in Senatu dignissimas in utramq; partem orationes: Secessionem plebis in sacrũ montem: De concordia graues actiones: Bruti longissimam orationem: Tribunorum Ædiliumq; plebis creationem: Cn. Martij Coriolani Encomium: Postremo cum Latinis fœdus ictum, atq; Menenij Agrippæ mortem: Spatium quinq; omnino annorum.

Olympias 71 257

SEquenti anno suscipientes consulare imperiũ Aulus Sempronius Atratinus, M. q; Minutius septuagesima prima Olympiade, qua uicit in stadio Tisicrates Crotoniates imperãte Athenis Hippar cho, nihil quidem aliud bellicũ aut ciuile dignũ historia in magistratu suo egerunt. nam & inducię cum Latinis multam eis exhibebant ab externis bellis quietem: & inhibitio exactionis pecuniæ debitæ, quam Senatus decreuerat, quoad bellum quod expectabãt in tutum exiret finem, cohibebat intra muros innouationes, quas pauperes mouerãt postulantes liberari ære alieno publice. decretum aũt Senatus sanxerũt clementissimis Romanorum & prudentibus uerbis, ut si quibus eorum contigerant Latini generis uxores, aut Latinis Romani, essent iuris eæ sui, siue apud uiros manere uellent, siue nolentes mallent in patriam suam reuerti: & ex filijs mares quidẽ apud parentes suos manerent: puellæ uero nondũ nuptæ matrẽ sequerentur. erant aũt in urbes datæ fœminæ inuicẽ plurimæ ob cognationem & amicitiã, quæ potitæ facultate decreti huius, clarum effecere quantũ inesset eis habitandæ Romæ desideriũ. Nam quæ erant in Latinis urbibus Romanę, propè omẽs relinquẽtes uiros reuersæ sunt ad patres: nuptæ uero Romanis Latinæ præter duas, reliquæ spreta patria apud uiros pmanserũt: omen sane fœlix bello prævalituræ urbis. His cõsulibus dedicatã esse aiunt Saturni ædem secundũ ascensum eũ, qui fert ex foro in Capitoliũ, sumptuq; publico designatas esse quotãnis deo solẽnitates & sacrificia. Ante hæc aũt collocatam dicunt fuisse hic aram extructam ab Hercule, sub qua igneas primitias immolabant Græcis moribus, ij qui sacra ab illo acceperunt. inscriptionem autem locationis templi dicunt quidam accepisse T. Largiũ superiore anno consulatum gerentẽ. alij etiam Tarquiniũ Regem illum qui principatu excidit. dedicatiõem uero templi accepisse ex Senatus decreto Posthumiũ Cominiũ. sicq; igit' his (ut dixi) cõsulibus profunda pace frui licuit. Post hos uero imperiũ suscipiũt, A. Posthumius, T. q; Verginius. qbus cõsulibus elapsæ sunt cum Latinis inducię, apparatusq; in bellũ fiebant ab utrisq; magni. erat aũt plebs Romana omnis uolens, & cũ alacritate

258
A. Postumius
T. Verginius

multa

multa ueniens ad certamen. Latinorum autem pars magna, non prompte quidem, sed coacta necessitate, primoribus urbiū penè omniū muneribus pollicitationibusq; à Tarquinio Mamilioq; corruptis, popularibusq; omnibus, quicunq; bellum nollent, à cura Reip. abactis. Neq; enim potestas dicendi dabatur amplius uolentibus, cogebanturq; exacerbati ex hoc plures patriam relinquere, & ad Romanos transfugere, eis minime prohibentibus qui sui iuris urbes fecerant, sed habentibus magnam æmulis ultroneæ fugæ gratiam. suscipientes aūt ipsos Romani, eos qui cum uxoribus & filijs adueniebant, intra muros statuebant, urbanæ quoq; eos militiæ manipulis admiscentes: reliquosq; in munita loca circum urbē dimittebant, & in colonias dispertientes, ne quid noui molirentur obseruabant. Cūq; esset eadem omnibus sententia, quod egerēt res iterū permisso regere suo cōsilio omnia magistratu, nec obnoxio quidē ipso, dictator dicitur iunior consulū Aulus Postumius à Collega Verginio. isq; magistrū equitū sibi eligit, eo modo quo dictator prior T. Ebutium Heluā. ac describēs breui pubem Romanā omnem in quatuor diuisit partes, unam ductans ipse, alijq; præesse statuēs Collegam suum in consulatu Verginium, alij Ebutium magistrum equitū: quartæ uero præfectum reliquit Aulum Sempronium, cui urbis custodiam permisit. Paratis autem opportunis omnibus ad bellum, uenere ei exploratores nuntiantes exiuisse totis uiribus Latinos: rursusque alij declarā-
Corbio tes captum ab eisdem esse ex inuasione locum quēdam munitum Corbionem dictum, in quo erat præsidium quoddam Romanorum inhabitans paruum: quod illi quidem totum perdentes, obtinentesq; locum, belli eum receptaculum faciebant. mancipia uero pecudesq; in agris nequaquā tantas, quantas Corbione ceperant, prouidentibus multo ante colonis, ut in ultima munitorum locorum, quæcunque agere aut ducere quisq; poterat, reponerentur. Domos uero concremabant hostes ijdem desertas, agrumque populabantur. Aduenerat enim eis cum eduxissent iam exercitum ex
Antium Antio urbe illustrissima Volscorum gentis exercitus nouus, armáque & frumentum, & alia quibuscunque indigebant ad bellum. Quibus rebus fidentes, in spe erant optima tanquam bellum quoque cæteris Volscis secum susceptūris cum incœpissent iam Antiates. Audiens autem hoc Postumius accurrit propere auxilio, priusquam hostes omnes conuenirent, ducens copias suas per noctem celeri itinere. Propiusque Latinos factus, ca-
Lacus Regillus stra ad lacum Regillum in munito loco habentes, iacit & ipse uallum, frontī hostium obuersum in excelso colle, uixque accessibili, in quo perstans multa habiturus erat præcommoda. Duces Latinorum autem Octauius Tusculanus Tarquinij Regis gener, siue ut quidam scribunt generi filius, Sextusq; Tarquinius, qui tūc seorsum castra posuerant, uires omnes in unum contrahunt: aduocantesq; præfectos & Centuriones speculabantur, quæ nam eis futura esset belli gerendi ratio: suntq; multæ dictæ sententiæ.

Alij

Alij enim ex incursu eundum esse in eos censebant, qui cum dictatore montem occupauerant, donec erant ipsi eis adhuc terribiles, non fiducię signum esse existimantes occupationem munitorum sed timoris: Alij uero ducta fossa esse eos pauca aliqua custodia coercendos, essecq; copias reliquas ducendas Romam captu facilem, cum esset foris strenuissima iuuentus: Alij Volscorum sociorumq; cæterorum auxilia expectanda esse cõsulebant, tutiora quàm audaciora eligẽtes. Romanos enim nihil frui protractione temporis. sibi uero res tardatas meliores fieri. adhuc eis consultantibus aduenit Roma cum exercitu consul alter Titus Verginius: subito iter sequenti nocte accelerans: ponitq; castra seorsum à Dictatore super altero dorso montano, ualdeq; munito: ita ut excluderent Latinos utroq; exitu ad inuadendum hostilem agrum, cõsidente à lęua Consule, Dictatoreq; à dextra. maiore uero adhuc turbatione detinente duces, nihil magis quàm tuta eligentes, & timore ne domestica, quanquam multa, consumere cogerentur cunctantes: intelligens Dictator quanta inesset eis imperatoriæ rei imperitia, magistrum equitum Titum Ebutium robustissimos ducentem equites leuemq; armaturam, iussit occupare montem pulchre situm quendam præter transitum, quà Latinis importabatur domo commeatus. ac priusquam sentirent hostes præuenit emissa illa cum magistro equitum manus, delata noctu per syluas minimeq; tritas semitas, montem in potestate habens. Quod cum hostium duces sensissent, occupata sibi etiam loca tuta à tergo: neq; domo commeatus spem haberent optimam, tanquam tute importandi eius: deturbare cogitarunt Romanos monte, priusquã uallo præter montem quoq; augerentur. & assumens ducum alter Sextus equitatũ agit pro uiribus, tanquam eũ Romano equitatu minime excepturo. Strenue autem sustinentibus eos Romanis ad tempus aliquod contra stetit, aliquãdo conuersus, aliquandoq; subducens suos & accedens. Postquam autem natura loci obtinentibus iam uertices Romanis magna exhibebat præcommoda, ascendentibusq; inferne in arduum nihil aliud quàm plurima uulnera & inefficaces afferebat labores: rursusq; altera manus aderat Romanis electorum uirorum ex pedestri legione auxiliatrix, quam Postumius subsequentem miserat: nihil amplius ualens agere Sextus abduxit equitatum in castra. Obtinentesq; iam fidenter Romani locum palàm firmant munitiones. Post hoc opus autem Mamilio Sextoq; uisum est, haud quaquam multa temporis interpositione, sed pugna celeri res egere. Dictatoriq; Romano sic constitutum à principio habenti, ut sine prælio bellum conficeret, idq; maxime oppositorum sibi ducum penuria se facturum speranti, tunc quidem uisum est ueniendum ad certamen. Nam obseruantibus equitibus itinera, capti nuntij erant quidam ferentes literas à Volscis ad Latinorum duces, quibus significabatur uenturas esse eis copias multas in diem tertiũ præcipue, rursusq; ab Hernicis alias. Sicq; igitur quæ afferrẽt celeriter con-

flígendi acie ducibus neceſſitatem,quod eo uſq; haud conſtitutũ eis fuerat, hæc erant. Vbi uero elatũ eſt ſignũ ab utriſq; pugnæ:proceſſerunt in locũ
Aciem instructio mediũ,inſtruxeruntq; utriq; aciem hoc modo.Sextus quidẽ Tarquinius in lęuo collocatus cornu,Octauiusq; Mamilius in dextro: mediamq; aciem Titus filiorũ alter Tarquinij tenuit: ubi etiã perfugæ exulesq; Romanorũ collocati erant.Equitatus uero omnis trifariã in utrunq; cornu, mediamq; diuiſus eſt aciem.Romani aũt exercitus dextrũ cornu tenuit magiſter equitum Ebutius,Sexto Tarquinio oppoſitus. Siniſtrũ Titus Virginius cõſul, Octauio Mamilio oppoſitã ſtationẽ habens: mediamq; aciem ſupplebat Dictator ipſe,Tito Tarquinio, & qui cum eo erãt exulibus occurſurus. nu-
Numerus copiarum merus autẽ cõgredientiũ utrinq; in acie copiarũ:ab Romanis quidẽ erat peditum circiter uiginti quatuor milia trecentis demptis, equitesq; mille. Latinis uero unà cum ſocijs quadraginta fermè peditũ milia:triáque equitum. Cum autẽ eſſent congreſſuri exercitus,cõuocantes ſuos milites Latinorum duces,multáque eis ad fortitudinẽ adhortantia percurrentes, preces quoq; multas adiecerunt.Sícque Romanus uidens horrentes ſuos,quod multitudini cõferrentur hoſtiũ,multo excedenti ſuã,eximeréque hunc metũ ex ſenſibus eorũ uolens in concionẽ eos cõuocauit: ſiſtenſque eo loco natu maximos ſenatorij ordinis & honoratiſſimos, huiuſmodi orationẽ habuit. Dei nobis per auſpicia,pérque exta,aliásque diuinationes pollicẽtur ſe præſtaturos libertatẽ Vrbi uictoriámq; felicem,pulchras nobis tribuentes remunerationes pro ijs quibus colentes eos ipſi iuſtáque exercentes in omni uita perſeuerauimus:infenſíque ijdem (ut æquũ eſt) inimicis noſtris, quod à nobis affecti multis magnísque beneficijs:cognati quoq; & amici,& iurati ſe eoſdem habituros quos nos & amicos & uicinos: his omnibus neglectis tamen bellũ nobis iniuſtũ afferunt:non de imperio aut potentia, utros noſtrum magis cõueniat potiri eis:eſſet enim hoc minus graue: ſed de tyrannide Tarquiniorũ,ut eis ſeruam pro libera Vrbem faciãt. oportet autẽ centuriones & milites,uos quoq; cognoſcentes quod habetis deos ſocios, qui perpetuo Vrbem ſeruant,uiros eſſe in hoc certamine ſtrenuos: hoc ſciẽtes, quod potiri deorũ auxilio cõtingit generoſe decertãtibus,atq; omnia(quantum in ſe eſt)ad uictoriã prompte exhibentibus, nec fugiẽtibus extra pericula,ſed uolẽtibus ipſis pro ſe difficultates ſubire omnes.adſunt nobis multa etiã præopportuna alia ad uincendũ à fortuna præparata, tria uero omnium maxima atq; clariſſima. primũ quidẽ inter uos fiducia,qua maxime eis opus eſt,à quibus ſuperandi ſunt inimici. non enim hodie incipiendum eſt nobis amicis eſſe certis, fidiſq; ſocijs: ſed omnibus nobis patria multo ante præparauit hoc bonũ.unà enim educati eſtis,diſciplinaq; potiti eadẽ, & deis ſuper aris ijſdem immolatis,multisq; unà bonis fruimini, multaq; experti eſtis aduerſa cõmuniter:ex quibus firmæ permiſceri ſolẽt,indiſſolubilesq; omnibus hominibus amicitię,quãdo utiq; adeſt omnibus cõmunę

de re-

de rebus maximis certamen. Nam si obnoxij inimicis fiamus, non alijs quidem uestrum continget nihil experiri mali, alijs pati ultima: sed dignitatē pariter & principatū libertatemque omnibus amittere, nec aut uxoribus, aut filijs, aut re, bonóue alio, quod habeatis, frui, Ciuitatis autē principibus remq; publicam administrantibus, accidet morte mori miserrima, cum uerberibus & cruciatibus. Quando enim mali nihil à nobis illi, neq; magnum neq; paruū perpessi, multis uarijsq; nos omnes affecere contumelijs: quid oportet nos opinari facturos ipsos, si nunc armis uincant? malorū memores quod ex urbe abstraxistis eos, resq; adimitis, neq; patriam terrā ingredi eos sinitis. Postremū autē eorum quæ dicta sunt præcommodorū, nullo alio dicetis inferius, si recte inspicietis, quod non talia occurrūt uobis ab hostibus, qualia suspicabamur, sed ea longe opinione inferiora. præter enim Antiatum auxilia, uidemus ne eis assistētes alios belli socios? At nos Volscos omnes eis aduenturos socios suspicati sumus, & ex Sabinis Hernicisq; complures, & innumeros ob inanem metum nobis alios ipsi confinximus: erant igitur ista somnia Latinorū, pollicitationes uacuas, & spes inanes habentia: deseruerunt enim societatem eorū aliqui, despicientes imperatorum ducatum: alij differunt magis q; opem ferunt, in spes terentes tempus. qui uero nunc sunt in apparatibus, posteriores pugna ne ipsi quidem utiles eis erunt. Si uero aliqui uestrum recte hæc dicta putant, horrent uero hostiū multitudinem, breui sanè doctrina discant, imò commemoratione potius, se timere non grauia: primū quidē considerantes, quod in eis maior est pars coacta arma aduersum nos capere: ut ex multis nobis operibus rationibúsque declarauit tempus: uoluntariū autē & prompte pro tyrannis certans ualde paucū, imò uero pars quędā minima est ad nostrū. deinde etiā quod bella omnia nō qui plures quidē sint numero recte cōficiunt, sed qui potius uirtute superiores. Longū esset exempla afferre, quot Græcorū Barbarorumq; exercitus excedentes multitudine, paucæ quædā copiæ debellarint, adeo ut ne satis quidē de eis crediti sint sermones. transeo alia, sed uos ipsi quanta pulchre feliciterq; gessistis bella, minoribus q; quas nunc habetis uiribus, oppositi ijdem maioribus, aut certe tantis hostiū apparatibus? age alijs, quos uicistis, pugnantes terribiles ipsi estis: Latinis uero istis, socijsq; eorū Volscis facile cōtēnendi, quia nunq; sint experti uestras pugnas. atqui probe oēs scitis quod has gētes utrasq; multis uicere prælijs patres nostri. habet ne igitur uerisimilitudinis aliquid, res uictorū ex talibus calamitatibus meliores esse? uincentium aūt ex talibus prosperitatibus deteriores? & quis enim mentē habens hoc dicat? mirari sanè possem, si quis uestrū multitudinē istam hostiū, in qua parū est strenui, horreret: uires aūt domesticas tam multas tamq; strenuas contēneret, quibus neq; uirtute superiores, neq; plures unq; numero bello alio ullo sunt nobis aliæ cōparatæ. est hæc itē ciues ne exhorreatis, nēue exterreamini grauibus, maxima adhortatio,

quod senatorij ordinis principes adsunt (ut uidetis omnes) fortunam belli uobiscum eandem communiter subituri, quibus ætas uacationem lexq; permisit militiæ. Turpe igitur est uos quidem, qui per ætatem robusti estis, grauia fugere: hos uero, qui sunt supra ætatem, persequi. & senum quidem promptitudinem, quando neminem occidere possit hostiū, pro patria mori uelle: robur uero uestrum, quibus utrunq; liceat rem gerentibus, feliciter seruari, tuteq; uincere, agendo aliquid generosi quoq; & patiendo, de fortuna experimentum non capere, neq; famam uirtutis relinquere. an non ante uos Quirites sunt multa admirādaq; aliorum opera, quos laudare pro dignitate nulla possit oratio? ac non multas item celebresq; actiones domesticas uestrum possidebit genus, si hoc probe dirigant bellum? ne uero etiam ex uobis his, qui præclare sentiunt, sine lucro generositas fiat, & eis qui pluspquam æquum est acerba timent, sit id impunitum: priusquam in hæc ueniant, qualibus utrosq; potiri continget, audite me. Cui enim pulchri aliquid aut generosi egisse in pugna attestabūtur gestorum gnari, cum alios habens statim ei honores, quos ex patria consuetudine datum est unicuiq; ferre, agri quoq; sortem adijciam, ex eo qui possidetur publice, adeo sufficientem ut nihilo necessariorum indigeat. Cui autem turpis nequissimusq; & deos lædens sensus inijciet inhonestæ fugæ desiderium, hunc eam ipsam quam fugit propius assistam mortem: melius enim ei reliquisq; erit mortuus ciuis talis. Neque ita morientibus licebit sepulturæ aliorúmue legitimorum esse participibus, sed inhonoris & indefletis eis ab alitibus ferisq; laniari. His igitur ante cognitis, ite omnes alacriter ad certamen, assumentes ipsi spes pulchras operum pulchrorum duces, tanquam uno hoc periculo præclarum & ad uotum omnium habente finem, maxima habituri bona: metu ipsi à Tyrannis uos liberantes, & Vrbi quæ uos genuit debitas educationis iustasq; referentes gratias: filiosq; uos quibus adsunt infantes, & uxores, minime uisuri pati ab inimicis intolerabilia: senibusq; patribus reliquum tempus breue, dulcissimum facturi seculum. ó beatos, quibus continget de hoc bello triumphum adducere, excipientibus uos filijs, & uxoribus, & patribus glorioſos honoratosq; ex uirtute, qui patriæ largimini corpora. mori enim datum est omnibus, malisq; & bonis: pulchre uero & glorioſe, bonis solis. Adhuc autem dicente eo adhortantia ad generositatem animi, fiducia quædam diuinitus in exercitu incessit, & tanquam una ex anima exclamauerunt omnes simul, fide & duc imperator. isq; laudans alacritatē eorū, & si felix pulcherq; pugnam sequeretur finis, uouēs deis immolatiōes magnas multisq; pecunijs, edituruq; magno sumptu certamina, quæ quotannis Populus Romanus perficiat: dimisit eos ad suos ordines. Vbi uero accepere signum utriq; à ducibus, cecineruntq; tubicines bellicū, concurrere cum clamore alacri aduersum quidem uelites & equites utrinque: deindeq; pedestres copiæ arma ordinesq; habentes similes

Pugnæ initiū

miles: fitq; certamen omnium pugnantium permixtim acerrimum, omnisq; in manibus pugna. Atq; ubi utrisq; longe præter opinionem euenit: neutri enim opus sibi esse putabant pugna, sed incursu utriq; primo sperabant sese exterrituros hostes: Latini quidem equitatui fidentes suo, ne fremitum quidem opinabantur Romanos equites sustinere posse: Romani uero audacia periculorumq; contemptu se hostes obstupefacturos credebant: sicq; igitur ubi inuicem hæc utriq; de hostibus male opinantes, contraria statim ab initio ipso conspexerunt, non amplius in timore hostium spem habentes, sed fiduciam de se causam seruandi sui uincendiq; futuram existimantes, strenui utriq; pugnatores apparuere. Fiebant autem conuersiones uariæ pugnæq; fortunæ. Ac primum igitur media acies, in qua erat Dictator Posthumius electos circum se habens equites, ipseq; in primis pugnans, aciem sibi oppositam propellũt, uulnerato per pilum in humero dextro filio Tarquinij Tito, neq; manu uti amplius ualente. Licinius enim & Gellius nihil exquirentes probabilium aut possibilium regem ipsum inducunt Tarquinium decertantem esse uulneratum, uirum iam annum nonagesimum agentem. Cadente autem Tito pugnantes parumper hi qui cum eo erant, corpusq; tollentes uiuum, generosi nihil amplius ædiderunt: sed cedebant superuenientibus Romanis recessim. deinde rursus constiterunt, & in hostes redierunt, altero filiorum Tarquinij Sexto cum exulibus Romanis alijsq; electis equitibus opem eis afferente: sicq; igitur confirmati isti iterum pugnabant. Duces uero utriusq; cornu Titus Ebutius, Mamiliusq; Octauius strenuissime inter omnes pugnantes, auertentesq; quacunque irent obsistentes eis, confirmantesq; perturbatos suos, alter alteri occurrunt: irruentesq; inferunt uterq; alteri grauia uulnera, sed non ea tamen letalia: Magister equitum Mamilio adigens per thoracẽ in pectus ferri aciem: Mamilius autem brachium ei dextrum traijciens: & ab equis decidũt. ablatis autem ambobus ex acie, succenturiatus ei legatus Marcus Valerius susci piens magistri equitum ducatum, ac perstans cum equitibus quos habebat ad frontem hostium, breueq; obsistens tempus, statim pellitur ex statione nimium. Venerat enim istis etiam ab Romanis exulibus equitibus leuiq; armatura auxilium: ac Mamilius cum se recepisset ex uulnere iam aderat, adducens equitum peditumq; numerum nequaquam paruum. Hoc in certamine legatus ipse Marcus Valerius primus de Sabinis triumphans, spiritusq; Vrbis humiles ex Hetrusco casu erigens, hasta percussus cadit, circaq; eum alij Romanorum multi que & boni: fit que ob casum eius certamen ualidum Publio & Marco Valerij Publicolæ filijs patruum protegentibus. Illum igitur minime expoliatum, paululúmque adhuc spirantem subscutatis tradentes, remiserunt ad uallum. Ipsi uero ob egregiam indolem & alacritatem proijcientes se in medium hostium, multáque accipientes uulnera à confertis circumfusisque exulibus, unà moriuntur. Pro-

Titi uulnus

Ebutij Mamilijq; cõcursus

*

M. Valerij mors

pelliturq; post eorum casum à sinistra multum Romana legio:& ad aciem usq; mediam scinditur.Quod percipiens Dictator Posthumius suorũ fugam,celerrime accurrit auxilio,equites circum se ducens, iubensq; legatum alterum Titum Herminium,alam ducentem equitum, à tergo ire legionis suæ,conuertereq; aciem in fugientes:siq; illi non pareant,occidere. & simul ipse cum præclaris in hostium agmẽ tendens,ubi prope hostes fuit,primus equum adigit dimisso freno:conserta autem & terribili facta incursione,nõ sustinentes hostes furiosum illud efferatumq; Romanorum, uertuntur in fugam,caduntq; eorum plures.Interimq; legatus Herminius suscipiens ex fuga territos suos contra Mamilium ductabat.cumq; eo congrediens,maximo tunc roboreq; excellentissimo omnium qui cum eo erant, interficit: atq; ipse dum mortuum spoliat percussus gladio in ilibus à quodam moritur.Sextus autem Tarquinius sinistrum ductans cornu resistebat adhuc in duris,& qui erãt in dextro cornu Romanorũ deturbabat è statione. Verum ubi Posthumium conspexit cum electis equitibus apparentem, destitutus spe omni,in medios ipsos tendit.Ibiq; igitur circundatus à Romano equitatu & peditatu, atque percussus undiq; tanquam fera,non sine cæde multorum obuiam occurrentium moritur. Hisq; cadentibus ducibus, fit conferta Latinorum fuga, atque ualli eorum deserti à custodibus captio, unde multa Romani, pulchraque sumpserunt emolumenta.Fuitq; clades ea Latinis maxima,& per quam plurimum sunt afflicti,corporum corruptio,quanta nondum prius fuerat. ex quadraginta enim peditum tribusq; equitum, ut dixi milibus, decemmilibus pauciores relicti, seruati sunt ad propria.In hac pugna dicitur Posthumio Dictatori, & qui cum eo erãt in acie equitibus,apparuisse duos forma & magnitudine longe superiores uiris,quos nunc nostra natura nutrit,pubescereq; incipientes: ducẽtes equitatum Romanum,& qui obuiam Latinorum irent,ferientes hastis propellentesq;,& cohortantes socios.postq; fugam Latinorum captionemq; castrorum suorum,inclinante iam die in uesperum, uisi esse in Romano foro eodem habitu adolescentes dicuntur duo, bellicas induti lænas, procericq; & pulcherrimi,& eandem habentes ætatem, faciemque seruantes tanquã redeuntium ex prælio specie pugilum,equosq; madidos sudore adducentes. ascendentemq; aiunt deinde utrunq; equos abluere ad scaturiginem, quæ manat iuxta templum Vestæ lacum faciens profundũ:multis circumstantibus,& si quid esset ab exercitu noui discere postulantibus narrasse eos pugnam ut fuerat,& quod uicissent Romani nunciasse. discedentesq; deinde dicunt eos ex foro,à nemine uisos amplius, quanquam multam eorum inquisitionem relicto in urbe duce faciente. postquam autem die postero acceperunt à Dictatore epistolas hi qui reipublicæ præsidebant,& cum cæteris quæ gesta erãt in prælio,de apparitione etiam numinum percepere:existimantes utraq; esse eorundẽ monstra,ut uerisimile est,Castoris & Pollucis simu

Mors Sexti Tarquinij Latinorum fuga & clades

Castores Ro. auxiliares

cis simulacra ea esse crediderunt. Huius autem inopinatæ admirabilisq; la-
rium apparitionis, cum signa adhuc Romæ multa, tum uero ædes est Pol-
lucis & Castoris, quam super foro extruxit ciuitas, ubi uisa sunt simulacra.
& iuxta eam fons deorum horũ uocatusq; & sacer hucusq; existimatus, sa-
crificiaq; sumptuosa, quæ quotannis populus perficit Idibus quintilibus,
quo die prospere administrarunt hoc bellũ. Super ista uero omnia, ea quæ
post sacrificium ducitur pompa habentium equos de publico, qui tributim
curiatimq; ornati cateruatimq; equis uecti, incedũt omnes ut ex pugna ue-
nientes, coronati oliuarum ramis, purpureisq; punicei subtegminis togis,
quas trabeas uocant, circumuelati, à templo quodam extra urbem Martis
incipientes, peruadentesq; Vrbem reliquam per forum, ędemq; Castoris
& Pollucis præteruadentes, uirorum milia aliquando quinque, ferentium
quæcunq; in prælijs acceperint à ducibus præmia fortitudinis: pulchra sa-
ne dignaq; principatus magnitudine repręsentatio. Et hæc quidem de ap-
paritione horum numinum quæ dicuntur & aguntur à Romanis didici, ex
quibus quidem cum alijs multisq; & magnis coniectare potest quis, quàm
amici dilectiq; deis erant tunc illi homines. Posthumius autem ea nocte
consedit in planicie. Sequenti uero die donans coronis eos qui strenue ege-
rant in prælio, & captiuos custodiendos tradens, præmia deis obtulit uicto
riæ. Adhucq; coronato eo & primitias super ignes aris imponente, decur-
rentes ex editis exploratores quidam, aduentare in se exercitum hostilem
nuntiant. Erat enim Volscorum gentis electum robur socium Latinis mis-
sum, priusquam prælium committeretur. quod ubi cognouit Dictator, ius-
sit omnes ad arma ire, intraq; uallum stare, apud signa sua quenque silen-
tium ordinemq; seruantes, donec eis quid opus esset agi nuntiaretur. du-
ces autem Volscorum irrupturi de improuiso in Romanos: ut uiderunt ca-
daueribus plenum campum, & utraque erecta castra, neque quenquam
prodeuntem extra munimenta hostium aut amicorum: primum quidem
sunt admirati, & quæ fuisset fortuna res suscipiens, dubie coniectabant. po-
stea uero quàm ex seruatis è clade omnia de prælio didicere, consultabant
unà cum alijs ductoribus, quid nam agi oporteret. Ferociſſimis itaq; eorũ
uidebatur optimũ, ut ex itinere ipso ad uallũ Romanorũ irẽt dũ languebãt
ex uulneribus adhuc multi, deficiebãtq; oẽs lassitudine, erantq; arma pluri
mis inutilia, alia obtusa acie, alia etiã fracta: neq; auxiliũ adhuc eis ullũ re-
cẽs domo aderat. Sibi uero exercitus multusq; & bonus, pulchreq; instru-
ctus armis, peritus belli, nec expectãtibus eis astans subito, terribilis etiã au
daciſſimis appariturus esset. Moderatiſſimis uero eorũ nequaq; tuta peri-
clitatio uidebat, uiris bello strenuis: & qui Latinorũ uires nuper substulis-
sent, sine socijs ire ob uiã, facturos ipsos de rebus maximis aliena terra pe-
riculũ: ubi si quis aduersus eis casus accideret, nullũ essent sibi profugiũ ha-
bituri tutum. Sed potius de salute sua prouidendũ esse celeriter iudicabãt,

æstimandumq; lucrum esse magnum si nullius mali ex hac militia potiren tur. Alijs autem uidebatur neutrum horum agi oportere, iuuenile demon strantibus esse promptum illud impetus ad certamen: turpe uero extraq; rationem esse, domum fugam: tanquam hostibus suscepturis ad uotum u trumuis horum effecissent. Erat autem sentẽtia eorum firmãda esse castra: atq; paranda interim ad certamen opportuna: mittentesq; ipsos ad Vol scos cæteros è duobus alterutrum postulare: ut uel copias alias mitterent ad pugnandum cum Romanis idoneas, aut quas miserant reuocarẽt. Con uenientior autem sententia uisa plurimis & à primoribus confirmata, ad monebat eos, ut aliquos exploratores mitterent ad Romana castra, legato rum nomine futuros tutos: qui & ducis dextram contingerent, & ei dicerẽt quod uenientes Romanis socij à Volscorum Republica: dolent quidem se fuisse tardiores prælio, tanquam nullam, aut certe paruam promptitudinis laturi gratiam, illorum uero fortunæ gratulantur re bene eis, pulchreq; ge sta sine socijs, magnoq; uincentibus prælio: Quodq; ijdem fallentes Ro manos hac sermonum humanitate & amici crediti, cuncta explorarent, re deunteśq; referrent eorum numerum, armaturaśq; & apparatus: & si quid illi agere cogitarẽt. Cum uero sibi certa ista manifestaq; essent, tunc aiebat consultandum esse: utrum melius esset aggredi hostes, uiribus domo alijs accersitis: an copias etiam præsentes abducere. Vbi uero in hanc sententiã descensum est, & decreti ab eis legati uenientes ad Dictatorem, producti sunt in contionẽ, fallaces illos sermones exponunt. Hicq; parumper se con tinens Posthumius: ita deinde locutus est. Aduenitis Volsci consilia praua uerbis suauibus uestientes, atq; hostium agentes opera, inferre uultis opini onem amicorũ. Missi enim à ciuitate uestra Latinis socij, & aduersum nos futuri, postq; pugna posteriores uenistis uictośq; uidetis eos, decipere nunc nos uultis, uerba rebus quas acturi eratis contraria eloquẽtes. sed nec uerborũ quę ad prẹsens tẽpus fingitis humanitas, neq; uestra simulatio ad uentus ad nos, sana est, sed doli plena & fallaciæ. Neq; enim nostris bonis cõgauisuri missi estis: sed quẽadmodũ sint res nostræ, debiles an ualidæ, ex ploraturi. & estis sanè legati uerbis, exploratores uero opere. Negãtibus au tem legatis ea omnia, se nõ multo post eis inqt horũ facturũ fidẽ: statim q; epistolas protulit, quas ceperat ante prælių ducibus Latinorũ ferendas, in quibus Volsci eis auxilia se missuros pollicebãtur: introduxitq; ferẽtes eas. lectis aũt his literis, enarrãtibuśq; captiuis, q̃ mãdata acceperãt, multitudo militũ ad uiolãdos Volscos impetu ferebat, ut deprehẽsos palã explorato res. Cẹterũ Posthumius minime oportere existimãs malis similes bonos fi eri, & esse melius maioris q; dicẽs animi in mittẽtes q̃ in missos seruare irã: & ob nomẽ legatiõis uanũ esse potius dimittẽdos hos uiros, q̃ ob minime clarũ opus exploratiõis p̃dẽdos: ut nec causã exhiberẽt Volscis decẽtẽ belli, legatorũ cẹdẽ simulãtib. prẹter ius legẽq; oim: néue itẽ inimicis insimulãdi occasionem

occasionem, quanquam falsam, non tamen incongruam aut incredibilem darent: sicq; cohibens multitudinis impetum, dimitti uiros illos iussit minime reuersuros, mittens ipsis præsidio equites, qui ad uallum Volscorum usque eos præmiserunt. Eiectis autem exploratoribus, iussit parare milites ad prælium opportuna, ut die postero in aciem instruendos. non opus erat tamen prælio. nam Volscorum duces multa adhuc de nocte excitantes exercitum reuersi sunt ad propria. sicq; omnibus ad uotum ei succedentibus sepeliens mortuos lustratoq; exercitu reuersus est in Vrbem decentissimo ornatus triumpho, armorum portans super plaustris multis cumulos, opumq; ferens militarium apparatus copiosos, & captorum in pugna, demptis quingentis, sex hominum ducens milia. atque excipiens ex præda decimas, certamina & immolationes deis quadraginta talentis peregit, templumq; locauit ex uoto extruendum Cereri, Libero, & Proserpinæ. Erant enim eis rara alimenta circiter principium belli, magnumq; eis metum exhibuerat, quemadmodum ea caperent: agro infœcundo facto, neque rebus uenalibus amplius propter bellum extrinsecus importandis. Hoc itaq; metu iussis inspicere Sibyllinos libros custodibus, ut cognouit quod hos deos placati iuberent oracula, uota eis nuncupauit educturus exercitum, si uberitas eueniisset Vrbi se dictatore, qualis prius fuerat, templa deis ipsis collocaturum, institutumq; sacrificia in annos singulos. Hicq; precibus annuentes, agrum fruges permiserunt opimas ferre, non modo satum, sed etiam arboriferum, rebusq; omnibus aduecticijs abundare Vrbem. quæ tunc uidens Posthumius, decreuit extructionem templorum. Sicq; igitur Romani tyrannico repulso bello prouidentia deorum, dies festos sacrificiaq; peragebant. Diebus uero post paucis legati ab omnibus communiter Latinis ex omnibus electi urbibus, ab his qui bello aduersati erant, adueniunt supplices uelaticq; infulis. introductiq; in Senatum initia bellicq; causas referentes in potentes homines, præsidentesq; urbibus, in hoc peccasse solum multitudinem dicebant quod populi ductoribus credidisset, prauis ipsis, & lucra sibi propria comparantibus. Huius autem deceptionis, cuius causa maiori ex parte necessitas fuisset inculpabilis, dedisse pœnas unamquanque aiebant urbem, præclaræ suæ iuuentutis interitum, ut non facile esset domum expertem luctus aliquam inuenire. postulabantq; ut susciperent se uolentes, neque amplius differentes de principatu, neque de æquis conditionibus contendentes, socios & subiectos ipsos in omne tempus reliquum futuros, & quodcunq; abstulisset numen dignitatis Latinorum id Romanorum apposituros felicitati. in postremaq; oratione reuocantes cognationem, societatesq; aliquando inuiolatas commemorantes, calamitates deflebãt quas minime delinquẽtes acceperãt lõge plures ipsi delinquentibus: deplorantes singula, genuaq; attingentes Senatorũ omniũ, precesq; ad pedes Posthumij supplices deponẽtes, ita ut cõmoueretur admodũ ad

Dictatoris triumphus

Latinorum legati

lachrymas

lachrymas precesq; eorum Senatus. Vbi uero ſubmoti ſunt è Curia, eſtq;
T. Largij oratio facta quibus ſolebat ſententiæ dicendæ poteſtas: primus quidē Titus Lar-
gius, is qui primus ſuperiore anno dictator fuerat, parce eis utendū eſſe for-
tuna conſulebat. Eſſe maximū ornamentū dicens, ut unius uiri, ſic & ciuita-
tis omnis, ſi non corrūperetur proſperis: ſed benigne moderateq; ferre com
moda. Eſſe enim felicitates omnes maxime inuidioſas, quibuſcunq; ineſſet
in humiles ſubiectosq; factos contumelia & acerbitas. haud opus eſſe for-
tunæ credere, qui ſæpe eius experimentū ſumpſerint in malis bonisq; pro-
prijs, q; incerta uariaq; ſit, atq; uolubilis. neq; adducendā eſſe cōtendenti-
bus neceſſitatē periculorum extremorū, per quam fiunt præter ſententiam
& audaces & ſupra uires pugnaces aliqui. ac eſſe ſibi quoq; metuendū do-
cens, ne odium cōmune contrahant ab omnibus quibuſcunq; imperare po
ſtulant, ſi amaras à delinquentibus & inexorabiles pœnas exigant: tanquā
ſtudia egredientes conſueta, obliti ex quibus in claritatē proceſſerint, ac con
uertentes in tyrannidē imperiū, nō principatum ut antea, ſiue etiam patro-
natum. Eſſe quoq; mediocria nec ulciſcenda peccata dicens, ſi libertatē am-
plectentes urbes aliquæ non obmitterent dignitatē priſtinā: quod ſi inſanā
biliter puniantur ſemel excidentes qui præclara expetunt, nihil fore quod
prohibeat omnes homines ſe inuicem perdere: eſſe enim innatū omnibus
libertatis deſideriū, eſſe quoq; multo melius, certiusq; id imperiū demon-
ſtrans quod non ſupplicijs, ſed beneficijs uincere, cōtinereq; uult ſubiectos.
Sequi enim iſtud beneuolentiam, illud uero metū. Hancq; eſſe naturæ ne-
ceſſitatem, ut ſint maxime odioſa terribilia. ac cōcludens orationem poſtu-
labat, ut exempla ſibi ſumerent ex pręclaris maiorū operibus, ex quibus illi
potiti ſunt laudū: captas urbes ui idem colligēs, quaſcunq; ipſi nō euerten-
do, neq; puberes interficiendo, nec in ſeruitutē trahendo homines: ſed Co-
lonias facientes ipſi eas Romanas, & ſi qui uellent ex captis urbibus habi-
tare Romæ, participes facientes reipublicæ: ex parua eam magnam effece-
re. Erat autem ſententiæ eius caput, renouāda eſſe cum ciuitate Latinorum
fœdera prius icta, neq; urbi prorſus alicui delictorum aliquid obijciendum
aut mandandū eſſe memorię. Seruius autem Sulpicius de pace quidē deq;
renouatione fœderum nihil ei contradicebat, ſed quandoquidem priores
fœdus Latini ſoluerant, nec tunc primi, ita ut uenia eis opus eſſet aliqua ne-
ceſſitatem deceptionemq; prætendentibus: ſed ſæpius iam quoq; antea, ita
ut eis correctione opus eſſet: ſecuritatē quidem omnibus libertatemq; ob-
cognationem concedendā dicebat. agri uero dimidiū auferendū, & colo-
nos in eum Romanos mitti oportere, qui & illum poſſiderent & hos uiros
Sp. Caſſij oratio cuſtodirent, ne quid noui molirentur. Spurius uero Caſſius mirari dicens
ſe fatuitates admonentium delicta eis impunita dimittenda, ſi non poſſent
intelligere quod ob inuidiam innatam eis, & quæ auferri nequiret aduer-
ſus Vrbem Romam creſcentem, bella alia ſuper alijs contexerent, deſituri

nunquam

nunquam sua sponte insidiari, donec insideat eorũ animis hic affectus insupportabilis: qui postremo sub tyrãnis fera omni immanioribus cognatã urbẽ redigere sunt conati, sponsiones quas per deos iurarãt omnes euertentes: nõ spe aliqua elati alia, ꝙ quod si eis ex sentẽtia nõ successisset de bello, pœnam nullam aut paruã admodum subituri essent. exemplis idem quoq; utendũ censens esse maiorũ operibus: qui urbẽ Albam, ex qua ipsi deducti erant, urbesq; Latinorũ cæteras, postꝙ eam inuidentẽ felicitati suę cognouere, securitatemq; quã inuenerat delictorũ priorum, maiorum causam insidiarum fuisse, intra diem unam euertere eam cogitarũt: in æquo esse opinãti, misereri nullius mediocriter delinquentiũ, punireq; neminẽ peccata maxima incorrigibiliaq; peragentiũ: multæq; esse stulticiæ multæq; ignauiæ, nõ humanitatis aut modestiæ, eos, qui illorũ qui se in Coloniã deduxerũt inuidiã, ubi ultra opportunũ apparuit grauis esse minimeq; ferenda, nõ tolerarunt, sustinere cognatorũ horũ: coargutosq; in minoribus dolis hostes ablatione urbis mulctantes, ab eis qui sæpius irreconciliabile odiũ demonstrarint, nullam pœnã exigere. hisq; dictis & defectionibus omnibus Latinorum enumeratis, mortuorumq; in prælijs aduersus eos Romanorũ multitudinem quanta esset commemorans, æquum esse censebat uti eo modo cum his, quo cum Albanis antea usi essent maiores: urbes eis euertẽdas, regionemq; Romanis adijciendam. & ex hominibus qui beneuolentiã erga se aliquam demonstrassent, illos retinentes sua ciues Romanos facere. auctores uero defectionis à quibus essent dissoluta fœdera ut proditores interficere. quodcunq; uero plebis esset egenum, segneq;, & inutile, mancipiorũ habere loco. & hæc igitur quæ dicta sunt à præsidentibus senatui. Dictatore uero Largij sententiam eligente, nemineq; contradicente amplius, in Senatum uocati aderãt accepturi responsum legati. Atq; Posthumius exprobrans eis illum, qui nunq; redigi ad modestiã potuisset, malignitatis excessum: Iustum esset, inquit, pati uos ultima, & quæ ipsi facturi eratis, si uobis prospere dirigere cõtigisset eas, quas sæpe cogitastis in nos prauas uias: nõ tamen triste mitibus præponere statuẽtes Romanos, quoniã cognati estis, & ad petendã iniuste gestorũ ueniam confugistis, supplicia de peccatis resumere cogitasse, uos scire uolo: sed delicta hæc Latinis dimittere impunita uelle, cum deorum eiusdem sectæ utriusq; causa: tum fortunæ inconiectura/bilis à qua potestatẽ habuerunt. Ac nunc igitur, inquit, prorsus liberati ite. si uero captiuos dimiseritis, perfugasq; tradentes nobis exules expuleritis: tunc legatos de societate, deq; amicitia disputaturos ad nos mittite, tanquã nullius non potituros æquiq; & moderati. Abieruntq; legati hæc responsa accipientes. postq; paucos dies ijdem rediere dimissis captiuis, & quos ceperant perfugas uinctos adducentes: expulsis quoque qui cum Tarquinijs erant exulibus. quorũ gratia amicitiam ueterem, & societatẽ à senatu impetrauere: ac iusiurandum, quod aliquando per feciales datum & acceptũ erat renouarunt

Dictatoris iudicium

renouarunt.sicq; igitur perstans annos quatuordecim bellum cũ tyrãnis
Tarquinius Cumas concedit, atque ibi moritur
ab eorum eiectione incipiens hunc finem habuit. Tarquinius autem rex (supererat enim generis hic adhuc reliquus)annos natus circiter nonaginta hocq; tempore amittens filios generorumq; domum, miserabilem etiam apud hostes senectutem degens:non eum amplius recipientibus Latinorum urbibus,neq; Sabinorum neq; ulla alia proxima urbe libera, ad Campanię diuertit Cumas,ad Aristodemũ cognomine μαλακὸν, id est Mollẽ urbis eius tunc Tyrannum:apud quem breuem quendam numerũ dierum uiuens moritur,sepeliturq; ab eo.Exulum autem qui cum eo erant,alĩ permansere Cumis,alĩ in alias urbes aliquas dispersi ad hospitalem conuersi sunt uitã.Romanis uero campestri solutis bello intestina rursus insurrexit seditio,decernente senatu ius dici,atq; lites,quas propter bellũ distulerant, secundum leges diudicari:rixisq; circa contractus in magnos fluctus, grauesq; progressis absurditates & impudentias. simulante quidem plebe in ualidam se esse ad æs alienum dissoluendum uastata ei regione bello multorum annorum,atq; corrupto pecore: seruis quoq; per transfugia excursiones deficientibus,ac urbanis rebus suis per sumptus in militiam exhaustis.creditoribus autẽ dicentibus calamitates istas pariter affuisse omnibus, neq; tantũ debitoribus.& esse certe intolerabile,non ea modo, quæ per bellum sint ablata ab inimicis perdidisse:sed ea quoq;,quæ rogãtibus ciuibus tempore pacis mutuo dederint,amittere. sicq; æquum censentibus creditoribus,ne moderati quidẽ aliquid se pati:debitoribusq; se nihil iusti exequi, nec usuras hos illis remittere,nec his illos saltem fortẽ persoluere.Ex his conuentus iam fiebant per compita eorũ,qui in pari fortuna essent:percq; forum cateruæ hominũ inter se aduersæ:ac quandoq; ad manus etiã uentum
* erat, perturbatusq; ornatus ciuilis omnis. Videns autẽ hæc Posthumius, cui honos habebatur æque ab omnibus,bello graui, tempestates urbanas tradere pulchrũ duxit.ac priusq; expleretur tempus imperatoriæ potestatis ultimũ,dictatura se abdicauit:ac proponẽs comitiorũ diẽ simul cũ Collega,cõsueta patriaq; cõstituit ipsa:Suscipiuntq; igitur annuũ legitimumq;
259
Ap. Claudius P. Seruilius
imperiũ consules,Appius Claudius Sabinus Publiusq; Seruilius Priscus: qui quidem recte quod esset summũ cõmodum uidẽtes,quod intra muros tumultum oporteret ad externa bella diuertere,præparabant ut eorum alter aduersus Volscos exercitum educeret,ulciscì eos cupientes ob auxilium aduersus Romanos Latinis missum, præoccupareq; cõpressos adhuc apparatus eorũ uolentes.Nuntiabãtur enim illi quoq; legiones omni studio cõscribere,missisq; ad gẽtes proximas legationibus aduocare eas ad societatem:audientes desciuisse à patricijs Romanã plebẽ,neq; esse difficile existimantes,laborantẽ bello urbẽ intestino,tollere.Sicq; cogitantes consules in hos exercitũ educere,uisiq; ijdem senatoribus pulchre cõsuluisse,edixere omnibus qui in ætate militari essent:ut in constitutũ quoddam tempus eò

conuenirent

conuenirent ubi ipſi facturi erant deſcriptionem militum. Poſtea uero q̃ uocata plebs ſæpius ad ſacramentum militare eis non obtẽperabat, nõ amplius uterq; eorum ſententiam eandem habuit. ſed hinc quidem incipientes diſſidebant, & agentes inuicem contraria per omne tempus conſulatus perſeuerarunt. Seruilio enim uidebatur clementiori eundum uia, Marci Valerij ſententiæ accedenti, qui ſanandam eſſe cenſebat turbulentiam ſeditionis remiſſione præcipue aut diminutione decreta æris alieni: aut ſi id minus, prohibitione ſaltem in præſentia quotidianæ abductionis. adhortatione q̃ potius quàm neceſſitate adducendos pauperes ad ſacramentũ militare, neq; pœnas contumacium graues inexorabilesq; conſtituendas, ſed ut in concordi ciuitate moderatas aliquas & clemẽtes. Appij uero præcipui præſidentia potentiæ optimatum auſtera erat arrogansq; ſententia, nihil plebi indulgendum molle. ſed permittendas creditoribus eſſe cõtractuum exactiones, his quibus mutuas dederint pecunias, pactionibus: conſtituendáq; iudicia, ac manentem in Vrbe conſulem ſecundum patrias conſuetudines etiam pœnas, quas aduerſum deſerentes uadimonia leges ſtatuunt, exigere oportere: nec plebeis, niſi iuſtũ aliquid cõcedere, néue uires eis prauas cõparare. nam & nunc, inquit, extra moderatũ laſciuiunt, dimiſſis tributis, quæ ſub regibus pendebãt antea, & à corporis ſupplicijs, quibus puniebãtur ab eis cum nõ propere exequebantur imperatorũ aliqd, facti liberi. Si uero aliquid aut mouere, aut inferre moliant̃ noui: coercebimus eos modeſta ſanaq; ciuitatis parte, maiori ſanè ea, q̃ quæ ægrotat apparitura. Adeſt enim uis nobis ad res gerendas non parua, cũ iuuentus patriciorũ parata quæ iubeantur facere: tum maximum nobis telum, ſcutumq; uix expugnabile, quo utentes plebem facile ſuperaturi ſumus, Senatus potentia, qua exterrebimus eos perſtãtes ipſi quoq; cum legibus. Quod ſi inquit cedamus eis dignatione, primũ quidem pudori ſubiacebimus, ſi nos, quibus per optimates licuerit adminiſtrare Remp. Populo permittamus. deinde autem in periculum uenturi ſumus non minimum, ſi colens aliquis populum uir tyrannicus potentiam comparet maiorem legibus, libertatem iterum amittendi. Hoc itaq; modo differentibus conſulibus inter ſe, & quotiens congregarentur ſenatores, aſſentientibus utriſq; multis: Senatus quidem concertationes audiens & tumultus uerbáq; indecẽtia improperiaq; mutua: ſalutare uero conſilium nullum conſtituens, dimittebatur. Extracto autem multo in iſto tempore, alter conſulum Seruilius (obuenerat enim ei ſorte militia) multis precibus & colendo parans plebem ad ſuſcipiendum bellum, copiasq; habens non coactas ex deſcriptione, ſed ultroneas, quem admodum poſcebant tempora, egreſſus eſt ad bellum: apparãtibus ſe adhuc Volſcis, nec expectantibus Romanos in ſe cum exercitu uenturos, ſeditioſe adeo ciuitatem adminiſtrantes, inimiceq; inter ſe habentes: ne ad manum quidem conſerendam, ſi aduenirent deſcenſuros eos exiſtimantibus.

Seruilius aduerſum Volſcos

sibi uero potestatem multã esse cum uellent incipiendi belli. Verum post/quam cogebantur bellum gerere oppugnandi ipsi, stupefacti celeritate Romanorum, assumẽtes personas supplicum hi qui in urbibus honoratissimi erant exiuere, permittentes tanquam peccassent Seruilio se quẽadmodum uellet uti. Ille autem commeatum sumens ab eis exercitui uestimentaq́;, & obsides trecentos eligens ex illustribus domibus discessit, putans dissolutũ bellũ. Erat aũt hęc nõ dissolutio, sed dilatio quędã facultasq́; eis apparatus, præuentis inuasione præter expectatum. sicq́; Romano exercitu abeunte, accingebantur iterum ad bellum munientes oppida, & si quis erat locus alius opportunus cautionem sibi custodiæ melioris exhibens. erant autem socij periculi aperte quidem eis Hernici & Sabini, occulte uero ex alijs cõplures. At Latini aduenientе ad se ad petendam societatem legatione, uincientes legatos ipsos Romam adduxere. quibus Senatus referens fidei firmæ gratiam, magisq́; adhuc promptitudinis (erant enim parati ultro ad suscipiendum cum eis bellum) id quod maxime quidẽ cupere putabat eos, nec præ pudore petere, captiuos eis omnes reddidit paulo pauciores sexmilibus gratis largiens. & ut ornatus maxime cognationi conueniens muneri accederet, omnes induens eos, uestimentis corpora libera decentibus dona uit, auxilio uero eorum se nihil indigere respondens, dixit, satis Romæ fore copias domesticas ad resistendum desciscentibus. hæcq́; respondens decernit bellum aduersus Volscos. Adhuc autem sedentibus senatoribus, & quęnires exituræ essent considerantibus, uir senior in foro apparuit panno indutus sordido, barba promissa squalidaq́; & coma, clamansq́; & implorans ab hominibus auxilium. Concurrente autẽ propius turba, stans ipse eo unde à multis cõspiciendus esset, se fuisse ait liberum, ac cum per ætatem licuit militasse bellis omnibus, atq́; duo detriginta prælijs decertasse, præmiaq́; uictoriæ ex illis sæpenumero accepisse. Verum ubi Vrbem tempora detinuere in ultimas eam angustias adducentia, coactum ait se sumere pecuniam mutuo, soluendorum tributorum necessitate. ac postea quàm rus ei populati sunt hostes, resq́; urbanas uictus quotidianus absumpsit, non habens inquit, unde possem æs alienum dissoluere, abductus sum à creditore seruus, cum duobus filijs. Imperante uero domino opus quoddam haud facile, cõtradicens ei, uerbera accepi plurima. Et hæc dicens proiecit pannum, ostenditq́; pectus plenum cicatricibus: dorsum uero ex uerberibus repletum sanguine. Hincq́; clamore à circunstantibus, ululatuq́; exorto, dimissus est Senatus. perq́; Vrbem totam concursus erat pauperum, uicem suam deplorantium, & opem proximis ferri postulantium. sicq́; ex domibus redacti in seruitutem ob pecunias creditas, comosi & catenas habentes cõpedesq́; plurimi, nemine eis audente opem ferre: quin si manu tantummodo tetigisset aliquis, uendendo eo ex lege. Tanta eo tempore rabies populum detinebat, neq́; multo post plenum erat effugientium necessitates

Gliscit seditio

ceſſitates forum. Appius igitur timens impetum in ſe multitudinis, quãdo quidem autor erat malorum, perq; illum hæc fieri uidebantur, fugiens è foro abijt. Seruilius autem purpureã ueſtem abijciens, & obuolutus plebeiorum cuiq; cum lachrymis uix perſuaſit, ut ea die ſe continerent, inq; poſterum redirent, tanq; curã aſſumpturo aliquã de eis ſenatu. & his dictis iuſſoq; præcone proclamare, nemini creditorum licere corpus liberũ debitæ pecuniæ cauſa ducere, donec ſenatus de eis cognoſceret, & aſtãtes quò uellent omnes abire: ſecure tumultum ſedauit. ficq; igitur diſceſſerũt tunc è foro. Die autem ſequenti aderat non urbana modo turba, ſed ex agris etiam propinquis popularis multitudo, & erat mane forum plenum. Coacto aũt ſenatu ut cõſultarent quid de eis agendũ eſſet, Appius populare collegam, ducem q; dementiæ pauperũ appellabat: Seruilius, auſterum illum & arrogantem & præſentiũ malorum cauſam. Neq; finis fiebat ſermonibus, cum interim Latinorum equites agentes equos pro uiribus in forũ adueniunt, nuntiantes exiſſe hoſtes magno cum exercitu, eſſeq; iam ad eorũ confinia. Quibus auditis patricij, equitum q; multitudo, & ex alijs quicunq; opibus aut maiorum pollebãt gloria, ut de magnis periclitantes rebus propere armabantur. pauperes autẽ hiq; maxime qui ære alieno oppreſſi erant, neq; arma attingebant, neq; ullo prorſus opere rebus cõmunibus opem afferebant: quin gaudebant, ad uotum quoq; accipientes externũ bellum, tanq; ſe malis præſentibus liberaturũ. atq; eis qui ad pugnã cohortarentur, oſtendentes catenas, compedesq; eiſdem mordaciter exprobrantes, interrogabãt, num ad cuſtodiam horum bonorum æquum eſſet ſe bellum gerere. multi quoque dicere audentes, eſſe melius ſeruire Volſcis quàm tolerare patriciorum cõtumelias. Vrbsq; fletu replebatur ac tumultu, uarijsq; complorationibus. quæ uidentes ſenatores alterum Conſulum Seruilium, uiſum ſanè in præſentia magis congruum, ut opem patriæ ferret precabantur. Isq; populo ad contionẽ conuocato, oſtendens eis præſentis temporis neceſſitatem non expectantem ulterius ciuiles cõtentiones, tunc quidem obuiam eundũ hoſtibus cenſebat de cõmuni ſentẽtia, neq; eſſe negligendam imminentẽ patriæ euerſionẽ, in qua dij patrij & conſuetudine & ex progenitoribus unicuiq; erant, quæ precioſiſſima ſunt omnibus hominibus, cum parentũ uerecundia nequeuntiũ ipſorum ſibi ob ſenectutẽ opem ferre, tum uxorum cõmiſeratione, quæ acerbas infandásq; cõtumelias tolerare cẽ primum cogendæ eſſent, tum infantium non eis in ſpes tales educatorũ miſeranda lue uituperijsq; inclemẽtibus. Cum uero præſens periculũ diſſoluiſſent pari uſi omnes promptitudine, tunc quidem eſſe ſpeculandũ quo pacto æquam cõmunem q; & ſalutarẽ omnibus Reip. formam cõſtituerent, non inſidiantibus quidẽ pauperibus locupletũ diuitijs, neq; illis improperantibus miſeris humilioribusq; fortunã. eſſe enim iſta minime ciuilia. ſed pauperibus ciuili aliquo potituris auxilio, creditoribusq; læſis ſubſidio moderato

derato.nec præclaro in omnibus bono,ciuitatesq; omnes in concordia ſeruante fide in cõmerciis ex Romana urbe ſola penitus auferenda. hæcq; & alia quæcunq; dici in tali tempore conueniebat percurrens, poſtremo ſuæ quoq; ipſius in populũ beniuolentiæ mentionẽ fecit, poſtulãs ut ſuſciperẽt ſecum hanc militiã in remunerationẽ prõptitudinis in ipſos ſuæ:obtingente cura Vrbis Collegæ ſuo,bellorũ uero ſibi ducatu dato. dediſſe enim has eis cõdiciones ſortem,pollicitúmq; ſibi ait Senatũ eſſe,ſe quodcunq; cõceſſiſſet plebi confirmaturũ:atq; ipſum Senatui,ſe eſſe perſuaſurũ popularib. ne patriam hoſtibus prodant. Et his dictis proclamare iuſſit præconẽ, ut quicunq; militarent ciues per ſe bello aduerſus Volſcos,horum ædes obtinere liceret nemini, neq; uendere aut pignoris loco ſumere,neq; familiã abducere ullius contractus cauſa,neq; quenq; remorari,qui uellet eſſe militiæ particeps. Quicunq; uero militiã deſereret, aduerſus eos exactiones eſſent firmæ creditoribus ſecundũ unaſquaſq; ſponſiones. Vbi uero hæc audiuere pauperes,conſenſerunt,atq; multa cũ promptitudine ferebantur ad bellum,aliq; quidẽ emolumentorũ ſpe ducti,aliq; ducis gratia,plurimi uero Appium & eorum qui in Vrbe remanerent improperia fugientes. Accipiens itaq; exercitũ Seruilius multa cum feſtinatione proficiſcitur, nullũ tempus interponens:ut prius hoſtibus cõmiſceretur, q; illi in regionẽ irrumperent:

Volſcorum bellum

deprehẽdensq; eos circa Pometinũ agrum conſidentes, inq; Latinorũ excurrentes regionẽ,quia eis aduocantibus non ſuſceperant unà bellũ,circiter ueſperũ in colle quodam ab illorũ caſtris diſtante ad uiginti ſtadia uallum iacit. inuadũtq; eum per noctẽ Volſci, paucos eſſe eos opinati,& ut ex uia longiore laſſos,parumq; prompte habentes ſeſe, propter pauperũ innouationes de pecunia debita,tunc uigere maxime apparentes. Seruilius igitur nocte ex uallo certans,ubi lux affuit,cognouitq; hoſtes incõpoſite procurrentes,aperiri egreſſus ex uallo plures occultos iubẽs, ab una cohortatione emiſit in eos exercitũ. Volſcis aũt hoc malo repentino prætereq; expectatũ incidente,pauci quidã qui ſub uallo erant,pugnantes trucidantur.aliq; uero fœde fugientes,multosq; ſuorũ amittẽtes,uulnerati plurimi,armisq; amiſſis in caſtra ſeruant. ſequẽtibus uero eos Romanis circunſtãtibusq; caſtra, paruum quoddã repugnãtes tempus caſtra tradiderunt, mancipiorũ multorũq; pecorũ, & armorũ apparatusq; bellici referta. captáq; ſunt corpora plura libera,alia Volſcorũ ipſorum, alia etiam ſociarũ gentiũ:pecuniæq; & argenti auriq; & ueſtis tanq; urbe præclara capta ualde multũ.quæ Seruilius militibus dimittens,ut unuſquiſq; lucraret,neq; aliquid referrent in publicũ,iuſſit diuidi.caſtrisq; cõcrematis,abducẽs inde copias, ad proximam

Sueſſa

urbem Sueſſam Pometiam eas duxit,magnitudine uiſam ipſam & mœnibus,multitudinéq; habitãtiũ,gloriáq; & diuitiis,multo alias excedere. erat enim tanq; gentis illius caput. circũſidens aũt eam,neq; die,neq; nocte reuocans exercitũ,ne ullo tempore hoſtes quieſcerent, ſomnumúe caperent,

aut

aut ullam belli ceſſationem acciperent, fame eos & imbecillitate torquens, ſociorumq; inopia, intra non multum tempus cepit: interfectisq; puberi- Sueſſa capta
bus, permittens quęcunq; ibi erant milites ferre & agere, ad urbes alias ab-
duxit exercitum, nemine Volſcorum amplius ualente ei obſiſtere. Vbi uè-
ro depreſſæ humilésq; Romanis factæ ſunt res Volſcorum, producens ob
ſides eorum in forum conſul alter Appius Claudius, trecentos uiros datos
cautionis gratia ne fœdus frangerent, uerberibus afflixit, inſpectantibus o-
mnibus, decidíq; deinde capita eis iuſſit. aduenientiq; nõ multis poſt die-
bus Collegæ ex militia, & triumphum conſuetum à Senatu tradi pugnà
clara uincentibus poſtulanti impedimento fuit, ſeditioſum prauæq; admi-
niſtrationis Reip. amatorẽ eum uocans. Accuſabat autem præcipue quod
ne unam quidem partem ſpoliorum belli in publicum redegiſſet, ſed qui-
bus ipſe uoluerat largitus eſſet, perſuaſitq; Senatui, ne triumphum ei con-
cederent. Seruilius autem contumelia affici à Senatu uiſus, in arrogantiam
conuerſus eſt minime conſuetam Romanis. Vocato enim in campum ad
contionem Populo, resq; à ſe bello geſtas percenſens, narransq; Collegæ
inuidiam & Senatus improperium, ſe à rebus ſuis certantisq; unà exerci-
tus poteſtatem habere dixit, ex operibus claris felicibusq; triumphum du
cendi. Et his dictis, coronari lictores iubens coronatusq; & ipſe ueſtemq;
triumphalem habẽs, Vrbem inijt, comitatus ab omni populo, donec in ca-
pitolium aſcenderet: perſoluitq; uota, ſpoliáq; repoſuit. quo ex facto ma-
iorem adhuc cõtraxit à patricijs inuidiam, plebem uero præparauit ſibi pe
culiarem. Tali autem in conſtitutione Vrbis, uacationes quædam interim
ſacrificiorum patriorum cauſa, celebritatesq; interuenientes, claræ ſumpti-
bus, cohibuerunt in præſentia ſeditionem plebis. ſed agentibus dies feſtos,
epulantibúsq; eis, inſultant magnis uiribus Sabini, obſeruato iam diu hoc
tempore, facturiq; nocte incipiente impoſturam: uti antequam ſentirent,
qui intus ſtabant, ipſi in urbe eſſent. ac facilime quidem uiciſſent, ni digreſ-
ſi à legione inermes quidam, caulásque inuadentes prædæ gratia, tumul-
tum excitaſſent. clamor enim exortus eſt ſtatim, & curſus intra muros co-
lonorum, priuſquam hoſtes portis propinquarent. ubi uero cognouere in-
uaſionem eorum, ſpectatores ſimul & coronati relinquentes certamina ad
arma decurrunt. præuenitq; ſua ſponte Seruilio conducta manus ſuffici-
ens, quam ille ſecum inſtructam habens, in hoſtes irruit, uigilia laſſitudi-
néq; afflictos, nec expectantes Romanorum inuaſionem: committitúrq;
ſtatim pugna ordine adornatúq; adempto ob feſtinationem utrorumq;:
ſed ut forte legio legioni, manipulus manipulo, aut uir uiro incidens per-
mixtiq; equites peditésq; pugnabant. adueniebántq; eis auxiliares copiæ,
cum haud procul eſſent urbes: quæ quod langueret confirmantes, ut diu
reſiſterent calamitatibus, effecere. poſtea uero equitatu Romanis addito,
uincũt ipſi iterum Sabinos, multisq; illorum occiſis reuerſi ſunt in Vrbem

captiuos adducentes plurimos: atque eos perquirentes, qui ex urbibus Sabinorum aduenerant, per ſpeciem ſpectandi ludos præoccupaturi dein- de ſuperuenientibus ſuis loca Vrbis edita, ut mandatum erat eis, quos com- prehendentes in ergaſtula coniecere. ſacrificiáque quibus bellum impedi- mento fuerat, maiora duplo, quàm priora inſtaurantes in lætitia rurſus e-
Arunci rant. Verum adhuc nundinantibus eis, legati ab Aruncorum gente, qui Campanæ regionis pulcherrimos campos obtinent, adueniunt: poſtulan- tes ut Volſcorum regionem, quam Romani Ecetranis ademerant, miſ- ſóque ad obſeruandam eam gentem delectui diuiſerãt, ſibi redderent, de- ducerẽntque inde præſidium. quod ſi non facerent, uenturos in Romanum agrum Aruncos intra breue tempus, pœnásque ſumpturos malorum qui- bus affecerant finitimos, expectarent. Eis autem Romani ita reſponde- runt: nuntiate legati Aruncis, nos iuſtum cenſere, quæcunq; aliquis per uir- tutem adimens hoſtibus poſſideat, ea ipſum tanquam propria poſteris ſuis tradere. bellum uero non timemus Aruncorum, neque primum, neq; grauiſſimum futurum. ſed eſt nobis conſuetum pugnare cum omnibus de principatu & uirtute, quem in certamine futurum uidentes, ipſum minime attoniti excipiemus. Poſt hæc Arunci domo profecti magno cum exerci- tu, atque Romani proprias habentes copias, occurrunt ſibi utrique prope
* urbem Aritiam, diſtantem Roma centum uiginti ſtadijs: ponúntque in montibus tutis caſtra parum inter ſe diſtantia. & ubi uallum firmarunt utrique, proceſſerunt in medium pugnaturi: perſtiteruntq; congreſſi à pri- ma luce uſque ad meridiem, ita ut utrinque multa ſequeretur cædes. erant enim ſtudioſi belli Arunci, magnitudinéque, & robore, atque aſpectu mul- tum ferini habentes, acritate terribiliſſimi. Hoc in prælio dicuntur fuiſſe Romani equites ſtrenuiſſimi: dúxque eorum Poſthumius, qui anno pro- ximo dictator fuerat. Erat enim locus ille in quo commiſſa eſt pugna, mi- nime equitabilis, tumulos petroſos conuallesq; profundas habens, ita ut neutri prodeſſet aliquando equitatus. Cæterum Poſtumius iuſſis qui ſe- cum erant equitibus ab equis deſcendere, inſtitutóque agmine ſexcento- rum hominum, ubi maxime laborabat acies Romanis per decliue propul- ſis eo loco occurrebat hoſtibus, reprimúntque eorum acies. Vt uero ſemel defecere barbari, fiducia Romanis incidit, æmulatióque peditibus erga e- quites: & utrique unà cuneatim propellunt dextrum cornu hoſtium uſque ad collem. & alij quidem fugientes ad uallum hoſtes perſequentes mul- tos interficiunt. alij uero pugnantes adhuc à tergo urgentes, uertebant il- los quoq; in fugam: atque laborioſum regreſſum tardumq; remetientes eos ad rupes ſcopuloſosq; locos perſequebantur: plantásque ſuccidentes pedum, tranſuerſisq; gladijs poplites diuidentes uſque ad uallum eorum adueniunt. inferentésque uim illis quoque non multis, potiti ſunt caſtris, quæ diripientes haud multum inuenerunt prædæ præter arma, & equos,

& ſi

& ſi qua erat alia res bellica. Et hæc quidem Seruilius Appiúsque Conſules geſſere. poſteáque conſulare imperium ſuſcipiunt Aulus Virginius Montanus,& Titus Vetuſius Geminus,imperante Athenis Themiſtocle 260
ducenteſimo & ſexageſimo anno poſt Vrbem conditam,futura deinde ſeptuageſima ſecunda Olympiade, qua uicit iterum Tiſicrates Crotoniates. His conſulibus Sabini iterum exercitum educere maiorem parabant,deſciſcentesq; à Romanis Medulini ad eam gentem iuſiurandum de ſocietate dederant. audientes uero intentionem eorum patricij, ut cum omni exercitu exirent,propere parabãtur. plebs uero eis minime obtemperabat memores deceptæ ſibi ſæpenumero pollicitationis, de ſubſidio rogãtium pauperum, irritis factis quæ ipſi decreuerant. paucicq; collecti inter ſe, iuſiurandum dederant & acceperant, ne amplius bellum ullum cum patricijs ſuſciperent, pro uno quoque pauperum enitentes communiter,& auxilium occurrentibus ferentes. & eſt quidem aliunde ſæpe leuibus certaminibus uerborum, operúmque coniuratio manifeſta facta: maxime uero declarata eſt Conſulibus, cum non prodeuntibus ad danda nomina citatis, corripi iuſſo plebeio quodam, conferti pauperes conuerſicq;, eum qui ducebatur abſtulerunt:atque miniſtros conſulum non dimittentes eum, pulſantes ijdem abegerunt, neque equitibus,neque patricijs, quicunq; præſentes prohibenda quæ fierẽt cenſebãt, abſtinuere quin uiolarent. fuitq; breui Vrbs tota inornatus tumultúsque plena. ſimul autem cum ſeditione gliſcente in Vrbe,apparatũs quoque hoſtium maiorem quandam acceſſionem aſſum pſerunt. Volſcis enim de defectione iterum deliberantibus, & Equis,legatio ab omnibus Romanorum ſubiectis aderat, ſibi auxilium poſtulãtibus in detrimento belli poſitis. Latini enim irrumpentes dicebant Equos in regionem ſuam populari agrum, ac iam urbes quaſdam diripuiſſe. qui uero erant Cruſtumeriæ præſidiarij milites, Sabinos eſſe proximos nunciabãt, multáq; utentes promptitudine,ut oppidum caperent.ſicq; alij aliud nuntiantes malum,factum uel faciendum, & maturũ petituri auxilium,aduentabant.aderant aũt etiam ad Senatum legati à Volſcis, poſtulantes regionem ademptam eis ſibi reddi,potiuſq; bellum inciperent. congregato aũt ex his Senatu,rogatus primũ à Conſulibus ſententiã T. Largius,cum præcellere dignitate cæteris,tũ ad ſentiendũ opportuna uiſus ſufficientiſſimus, progrediens dixit.Mihi patres,quæ quidẽ alijs uidentur eſſe terribilia,celeriſq; indigentia auxilij,neq; eſſe terribilia uidentur, neq; ea ualde urgẽtia, quonãmodo opem ferre ſocijs oporteat, aut quemadmodũ hoſtibus repugnare.quæ uero illi neq; malorũ maxima, neq; opis indigentia hoc tẽpore exiſtimãt,negligentiæq; tradunt, tanq; nihil nos læſura,ea mihi terribiliſſima uidentur,ac ni mature corrigãtur, euerſionis ultimæ confuſionisq; cõmunium rerũ cauſa: cõtumacia plebis nolentis iuſſa conſulũ peragere,atq; neſtra erga contumaciã eorũ liberãq; actionẽ acerbitas. puto aũt oportere

Seditio iterũ

nos nihil in præsentia speculari,nisi quemadmodum hæc ex urbe euellantur, & una omnes sententia præponentes priuatis publica, Remp. administremus. Concors enim ciuitatis potentia satis erit ad præstandum securitatem amicis, incutiendúmque inimicis metum. seditiosa autem (ut nunc) horum neutrum posset agere. mirarérque etiam, nisi eam perderet,exhiberetq; inimicis sine labore potestatem. quod per deos immortales puto intra non longum tempus, administrantibus uobis taliter, euenturum.habitamus enim ut uidetis,duásque habemus ciuitates.unam quidem pauperie necessitatéque detentam. alteram uero satietate contumeliáque delinquentem. pudor autem & ornatus,& ius, per quæ ciuilis societas seruatur omnis, apud neutram manet ciuitatem. manu enim iustum capimus inuicem,& in uiolentissimo iustissimum ponimus,tanquam feræ, uolentes potius hostem suo cum malo perdere, quàm quod tutum est in eis custodientes,communiter cum aduersario seruari.quorum ego sanè censeo habendam uobis magnam prouidentiam, constituto his ipsis consilio, ubi legationes dimiseritis, respondenda uero eis in præsentia quæ moneam, hæc sunt. Quandoquidem Volsci à nobis repetunt, quæ uincentes ipsi armis possidemus, non parentibúsque minantur bellum, hæc dicamus: quod Romani nos, pulcherrimas iustissimásque possessiones putamus,quascunq; bello captas obtinemus & lege: neq; unquam sustineremus stultitia delere uirtutem,tradentes ista his qui ea amiserũt,& pugnantes ut haberemus relinqueremusq; posteris, nũc iam partis priuaremur, & ipsi nosmet tanquam hostes læderemus. & hæc quidem Volscis. Latinorum uero beniuolentiam laudantes à pauore reuocemus, tanquam minime relicturi eos donec fidem seruent in malo aliquo nostri causa,sed missuri uires eis ad repugnandum sufficientes intra non longum tempus. Hæc præclara iustissimáque futura responsa puto.emissis uero legationibus,primum nobis consilium puto, ad tumultus Vrbis dandum: neque esse differendum, sed die crastina. Hanc sententiam afferente Largio, omnibusq; laudantibus,tunc quidem accipientes responsa legati demigrarunt: postridie autem congregantes senatũ consules, consultationem de correctione ciuilium tumultuũ proposuere. Primusq; igitur rogatus sententiam P. Virginius,uir popularis,mediamq; uadens uiam:Quãdo,inquit,plebeia multitudo superiore anno plurimam ostendit promptitudinẽ in certaminibus de Vrbe, Volscis ea quidem & Aruncis multo cum exercitu aduenientibus pro salute nostra opposita, puto equidem eos qui tunc nobis præsidio fuerint omniũ bellorum socij dimitti oportere,neq; ullius eorum corpus à creditoribus, aut rem detineri. hócque ipsum iustum esse in eorum patribus usque ad auos,& in filijs usque ad nepotes censeo.Alios autem abductiles obnoxiosq; esse creditoribus, secundum sponsiones suas. Post hæc autem T.Largius,mihi inquit,præclarũ uidetur patres, non modo eos qui fuerint bello

bello strenui,sed populum simul omnem liberum à sponsionibus,uadimo niisq; dimitti. hoc enim solo concordem efficiemus ciuitatem. Tertius au tem progrediens Appius Claudius, superioris anni consul dixit. Semper quidem patres, quotiens proponitur de his sermo,in sentẽtia sum eadem, nihil esse concedendum populo quod petat, nisi legitimum & honestum, minimeq; minuendum esse ciuitatis propositum: nec nunc quicquã cogno sco aliter quàm mihi uisum sit à principio. essem enim omnium hominum imprudentissimus,si qui superiore anno Consul aduersante mihi Collega plebemq; concutiente,prævalui,perseueraui q; in cognitis,neq; metu auer sus,aut precibus,aut gratiæ cedens:nunc priuatus me ipse abiicerem prode remq; fiduciã. siue enim liberam uocem meam quisq; uestrum generosita tem uelit appellare, siue arrogantiam, nullo unquam absistam tempore, donec uiuam, eo quod mihi iam uisum est pulchrum: neq; unquam largi ens improbis,introducã pecuniæ debitæ decisiones. imò uero introducen tibus eas, obuius omni utens promptitudine incedam: considerans quod omne uicium & corruptio &(ut uno uerbo dicam) ciuitatis euersio à decisi one æris alieni incipit. & si aliquis,siue ex prudentia aliqua,siue per insani am (quandoquidem non securitatem propriam, sed ciuitatis considera dam censeo) siue quoquo modo dici hæc putabit, permittam ei, quemad modum uelit iudicare: ego uero totis uiribus ibo obuiam introducentibus nequaquam patrias administrationes. ac quando igitur tempora, potiusquam debita pecunia poscunt magnum auxilium, quod solum erit seditio nis in præsentia medicamentum,ostendam. Dictatorem eligite sine mora, qui utens minime obnoxia potestate, Senatum populumq; sentire præcla ra cogat.alia em̃ nulla erit tãti mali prohibitio. His ab Appio dictis,tumul tuantibusq; iuuenibus,tanquam eo opportuna introducente, surrexit Ser uilius contradicturus, aliiq; seniorum quidam: uicti uero sunt à iuniori bus, ex præparato aduenientibus, uiq; multa utentibus. Vicitq; tandem Appii sententia.postq; hæc consules, opinãtibus plurimis electum iri Ap pium dictatorem, tanquam solum obtinere patrocinium ualiturum, reie cto illo, de communi sententia M. Valerium, Publii Valerii primi consu latum gerentis fratrem, popularissimúmque futurum uisum seniorem ui rum, dictatorem dixere: sufficere putantes ei potestatis terribile, egeréque res uiro in omnibus clemente, ne quid rerum nouarum fieret. Suscipiens autem imperium Valerius, magistrúmque equitum dicens Q. Serui lium Seruilii fratrem, collegæ Appii, populum ad contionem aduocauit. conueniente autem turba multa, tunc primum ex quo magistratum depo suerat Seruilius,eductusq; populus ad militias in apertam conuertebatur dementiam, ascendens tribunal sic dixit. Scimus propè, quod uolentibus uobis Quirites licet semper aliquos ex genere Valeriorum imperare, sub quibus liberi redditi estis à graui Tyrannide, nulliúsque unquam non

potiti

potiti moderatorum. nec erratis forsan, permittentes uos eis qui esse popu lariſſimi omnium uidentur, & sunt. Ita minime docendis uobis, firmaturos nos esse populo libertatem, sicut etiam à principio dedimus, uerba sint faci enda, sed cohortatione opus sit moderata, ut credatis nobis, quodcunque pollicebimur opere perfecturis. ætatis enim qua minime fallere deceat ad perfectionem uenimus: atque dignationis cuius sit minime leuem esse, sa tis quidem nos habemus: tempusque reliquum quodammodo non alibi quàm inter uos uicturi sumus, pœnas ipsi, quorumcunq; uisi erimus uos decipere, subituri. Hæc igitur quæ (ut dixi) non longæ orationis indigent, apud scientes sinam. Quod autem mihi uidemini ab alijs perpessi, meri to ab omnibus suspicari, uidentes semper aliquem cohortantium uos ad bella Consulum, pollicentem se quęcunq; rogetis à Senatu impetraturum perfecturumq; esse, nihilq; ad finẽ ducentẽ: hoc q̃ non iuste de me etiam suspicaremini, ex his duobus maxime debetis credere: & quod non me se natus abuteretur ad hoc ministerium, qui populariſſimus uideor, alios ha bens ad hæc magis idoneos: & quod me utiq; non ornasset dictatorio im perio, per quod possem ea, quę mihi uiderentur præclara, sine eo quoq; ad opem uestram conferre. sicq; igitur uos me scientem fallere, aut consultan tem male agere, ne omnino opinemini. si em̃ hæc uobis opinio incidat, me ut omnium hominũ improbissimo utimini, ut uultis. ista uero suspitione, credentes mihi, animum liberetis, & ad hostes iram uestram ab amicis transferatis: qui Vrbem uobis adempturi uenientes, & pro liberis facturi seruos, atque alijs, quæcunq; acerba in hominibus putantur, festinantes uos afficere, haud procul esse à regione nostra nuntiantur. Prompte igitur accingamini, ostenditéque eis, quod dissidens etiam inter se Romanorum potentia superior est concordi altera. aut enim illi non expectabunt adue nientes uos uno animo, aut dignas dabunt temeritatis pœnas. Conside rate enim Volscos & Sabinos istos quos uicistis sæpe pugnantes, eos esse, qui nunc bellum adducunt uobis, nec corporibus nunc illi maioribus, neq; animis nunc quàm antea fortioribus, sed ut pugnantes uos inter uos despi cientes. cum uero hostes ulti erimus, spondeo ego uobis: Senatum de con tentione æris alieni, & quocunq; alio, quod ab eo petieritis moderate, di gne pro uirtute uestra, quam in bello exhibebitis, interceſſurum. Interim autem res omnis uestra, omne dimittetur corpus, omnis honos Romani ciuis impignorabilis erit ob pecuniam creditam, omnémque contractum alium. Prompte autem pugnantibus corona pulcherrima futura est, hæc Vrbs erecta, & pulchra laus à conscijs, & à nobis ornatus sufficiẽs & ad eri gendam domum pecunijs, & ad genus illustrandũ honoribus. exemplum autem esse uobis postulo, in pericula alacritatem meam, pugnaturi tanq; uestrum quisque robustissimus. Hæc cum dixisset, audissetq; populus om nis lætus, quod nõ amplius decipiendus esset, pollicitus est se belli futurum

socium

ſocium. conſcribunturq; legiones decem militares, quaternorum millium hominum ſingulæ. quarum ternas conſules accepere, & ex equitibus quantum cuiq; diuiſum eſt: quatuor autem & reliquos equites dictator ſumpſit, atq; inſtructi omnes, quàm celerrime proficiſcuntur: ad Equos pergens Titus Veturius, & ad Volſcos Aulus Virginius, Dictator uero ipſe ad Sabinos. Vrbemq; interim, unà cum ſenioribus & paruo quodam uigentium robore exercitu Titus Largius cuſtodiebat. ac Volſcorum quidem bellum celerem habuit exitum. Multitudine enim excedere ſeſe exiſtimantes, ac malorum priorum memores, pugnatoresq; celeriores quàm prudentiores coacti fieri, primi ocyus in Romanos feruntur, ubi primum in conſpectu uiſi ſunt caſtra ponere. commiſſo autem prælio acerrimo, multa agentes ſtrenue, plura quoq; patientes grauia, uertuntur in fugam. eſtq; eis uallum urbsq; inſignis capta: Velitræ ei nomen erat. ſimul autem Sabinis ſpiritus paruo admodum tempore ſunt humiles redditi, una utriſque acie dijudicare uolentibus de bello. deindeque regio excurſa eſt, & caſtella quædam capta, ex quibus corpora, multamq; cepere prædam. Equi uero imbecillitatem ſuam uidentes ubi finem iam habere ſociorum res audiuere, cõfidebant in munitis locis, nec in pugnam deſcendebant. atq; leues ubi poterant incurſus per montes ſaltusq; facientes, contriuerunt aliquantum temporis, differentes bellum: ſed non tamen ſeruare potuerunt exercitum omnino innoxium, inuadentibus eos Romanis in locis etiam præcipitibus audaciſſime, capientibusq; per uim caſtra. eſtq; fuga deinde eorum exacto Latinorum facta, oppidorumq; traditio, quæ prima inuaſione cepe-rant. fuerunt etiam quorum arces non relinquentibus hoſtibus ob perui-caciam ſunt ui captæ. Valerius igitur, ſuccedente ei ad uotum bello, conſue tumq; triumphum ducens, abſoluit populum à militia, Senatu nondum tempus eſſe exiſtimante, ne promiſſa repeterent pauperes. inq; quæſitum bello Volſcorum agrum Colonos miſit, eligens pauperes, ut & præſidio eſſent aduerſus regionem hoſtilem, & in Vrbe ſeditionẽ minuerent. hiſq; adminiſtratis poſtulabat à Senatu, ut poſt acceptam plebis promptitudinem in prælijs, promiſſa ei impleret. Vbi uero non adhibuit ei mentem Senatus, ſed qui antea obuiabant ſententiæ, conuertentes ſe iuuenes & uolenti ſuperioresq; multitudine, tunc quoque aduerſabantur, multoq; utebantur clamore, eorum domum adulatricem populi uocantes, & praua-rum legum adminiſtram: & quod maxime obijciebant hi uiri in contione, cupere eos hoc inſtituto de iudicijs poteſtatem omnem patriciorum delere: ægre admodum ferens Valerius, & quod iniuſta pateretur calumniæ ab eis habitus ad populum exprobrans, & quæ ipſos ſuſceptura fortuna eſſet taliter cõſultantes deflens: & (ut ſolet in tali malo) alia ex affectu, alia uero quia pluſquã multi intelligeret diuinãs: diſceſſit abiens ex Curia. conuocatoq; ad contionẽ populo: Magnam (inquit) Quirites habẽs uobis

Velitræ captæ Sabini uicti

Equi uicti

gratiam

M. Valerij ad plebē oratio

gratiam promptitudinis,quã exhibuistis suscipiẽtes ultro bellum:adhucq; maiorem uirtutis,quam in prælijs ostendistis, magnum studium adhibebam remunerandi uos cum alijs, tum ne eis fraudaremini, quæ uobis de Senatu sum pollicitus,in concordia constituendæ aliquando seditionis uestræ consiliarius & disceptator factus.ea agere prohibeor per illos,qui non optima Reip.sed sibi ipsis hoc tempore gratiosa eligẽtes, numero cæteros uincunt & ui, quam eis iuuentus plusquam res poscunt exhibet. Ego uero senex(ut uidetis) tales quoq; socios habeo. quorum ea quæ est in sententia uis, inualida est ad exequendum opus.& restitit quidem illa nostra apparens de Rep. prouidentia,priuatim apud utranq; partem inuisa. apud Senatum enim accusor, tanquam uestram multitudinem colens, apudq; uos criminationem subeo, tanquam illi maiorem beniuolentiam demonstrãs. Si igitur prius bene accipiens populus, deseruisset factas per me de eo Senatui sponsiones,id mihi fatendum erat, quod uos decepissetis,in me uero nullum esset maleficium. Postquam uero ea quæ pollicitus erat Senatus non perfecta sunt uobis integre, fit iam mihi necessaria ad populum oratio:quod perpessi quidem quæ mihi non apparebant,estis: sed decepti sumus pariter circunscriptiq; utriq;:magisq; ego,quàm uos,qui nõ in eis modo quæ passi sumus cõmuniter,lædor,sed in ijs etiam quæ priuatim audiui. male:quod quæ de hostibus sunt capta,non cum multa Senatus sententia pauperibus uestrum aliquibus dederim, propriam mihi utilitatem comparans,& res ciuium publicari postulãs, prohibente siue non prohibente eo. præterq; legem egisse dimittentem me senatu aduersante exercitum, cum oporteret in campestribus uos erroribusq; detineri.exprobrataq; est item mihi delectorum in Volscos emissio:quia agrum bonum & multum, non patricijs aut equitibus sum largitus, sed in pauperes uos diuisi.& quod mihi plurimum anxietatis exhibet,quod sint à me quadringentis uiris plures ex plebe equitibus ascripti, ex militia rem ampliantes.Si igitur uigenti mihi corpore hæc accidissent,notum opere effecissem inimicis,in quem uirum improperia iacerent. Nunc uero quando annos plusquã septuaginta sum natus,neq; amplius ad repugnandum potens, uidensq; quod non utique cessaret per me uestra seditio, imperium depono, & in uolentium potestate corpus meum expono, si qua in re se deceptos à me putant, ut utantur quoquo modo ipsi iustum censeant.Hæc cum dixisset Valerius,plebem omnem ad condolentiam adduxit, comitataq; abeuntem ex foro, ut Senatus adhuc acerbior in eum fieret præparauit. statimq; sunt post hoc talia sequuta.pauperes enim non occulte, nec per noctem, ut antea, sed iam palàm coeuntes, de defectione à patricijs consultabant. Senatus autem prohibere intendens,consulibus mandauit, ut exercitus nondum dimitterent. erãt enim adhuc sacrarum legionum domini,coercitarum sacramentis militaribus:nec relinquere audebat quisq; signa.tantum apud quenq; metus

iuramenti

iuramenti poterat. Prætextus autem paratus est militię, tanquam Equis & Sabinis conuenientibus unà ad bellum aduersus Romanos. Postquam autem prodierunt extra Vrbem Coss. cum exercitibus, & haud procul una ab alteris castra posuerunt, coeuntes milites in unum omnes, armorumq; & signorum domini, Sicinio Belluto quodam instigante eos, à consulibus desciscunt signa rapientes. honoratissima enim Romanis hec sunt militiæ, & ut delubra deûm sacra existimantur. atq; Præfectos cum alios, tum cæteris imperantem Sicinium, declarãtes, montem quendam occupant proximum Anieni fluuio, haud procul Roma, qui nũc ex illo casu sacer mons uocatur. Consulibus autem & centurionibus reuocantibus eos cum precibus simul & fletu, multáq; pollicẽtibus, respondens Sicinius, quam uos, inquit, sententiam habentes patricij, eos quos patria expulistis, seruosq; effecistis ex liberis, nunc reuocatis? qua tandem fide promissa firmabitis, quæ uos nobis esse mentitos sępius coarguimini? sed quando igitur soli Vrbem obtinere postulatis, abite non amplius à pauperibus humilibusq; conturbandi. nobis enim omnis terra sufficiet in qua libertatem habeamus, & ea ubicunq; fuerit, patria existimabitur. Vbi uero nuntiata sunt hæc in Vrbe tumultus multus fletusq; fuit, & per compita concursus, plebis quidem deserere parantis Vrbẽ, patricijs uero auerti oportere eam cẽsentibus, uimq; esse nolentibus afferendam. clamorq; simul ad portas multáq; erat comploratio: ac sermones inter se inimici, operáq; fiebãt hostilia nemine discernente amplius aut ætatem aut sodalitatem, aut uirtutis dignitatem. Vbi uero qui statuti à senatu erant præsidio ad obseruandos exitus, pauci ipsi nec amplius ad resistendum idonei, coacti à populo custodiam reliquere, tunc iam plebeia multitudo effundebatur. eratq; ut in capta urbe commiseratio ululatusq; remanentium, atq; obiurgationes inuicem conspicientium Vrbem deseri. post hocq; concilia complura, & accusationes subijciebantur in auctores defectionis. hocq; ipso in tempore hostiles eos etiam gentes inuadebant, agros usq; ad Vrbem percurrentes. qui uero desciuerant, necessaria cibaria capientes ex proximis agris, nullá q; re alia infestantes regionẽ sub diuo manebant: aduenientesq; ex Vrbe circunstantibusq; castellis excipiebant, complures iam ipsos. non enim debita tantũmodo damnationesq; & expectatas necessitates uolentes effugere ad eos confluebãt, sed quibuscunq; uita erat iners & segnis, aut qui nequirent cupiditatibus satisfacere, aut prauorum studiorũ æmuli, aut aliorum felicitatibus inuidentes, aut aliqua calamitate alia, alienati erant ab illa cõstitutione Reip. At patricijs per turbatio multa incidit, multáq; obstupefactio, & ut uenturis unà cum alijs hostibus gentibus rebellibus statim ad Vrbem metus. atq; tanq; ab una cohortatione omnes arreptis armis, cũ proprijs quiq; cliẽtibus: alij ad uias, per quas hostes uenturos putabant, accurrebant auxilio: alij ad castella exierant custodiæ futuri arcibus: alij autẽ in adiacentibus Vrbi campis consi-

Sacer mons

Sicinius

Patriciorum perturbatio

A debant

debant:quidam uero propter ſenectutem inualidi ad agendum aliquid,ſu per muris ſtatuti erant. Verum ubi cognouere rebelles, neq; addẽtes ſe hoſtibus,nec uaſtantes regionem,neq; damnũ inferentes re ulla alia, niſi quæ digna excuſatione eſſet,à timore quieuerunt: ſicq; mutata ſententia,quemadmodum reconciliarentur cum eis, deliberabant. Suntq; uarij à principibus Senatus, plurimumq; differentes inter ſe ſermones dicti. moderatiſſimi enim,& qui præſentem maxime decerent fortunam,hi quos natu maximi habuere: dicentes nulla improbitate factam eſſe plebi à patricijs deſectionem,ſed eam partim neceſſarijs urgẽtibus calamitatibus, partim uero ſponſionum fraudatione,ira magis quàm conſilio de utilibus iudicante ea, ut in indocta turba fieri conſueuit. deinde quoniã ſibi conſcij eſſent plures, male ſe conſuluiſſe, quærerent etiam peccata diſſoluere honeſtas capientes cauſas,agerentq; opera iam pœnitentium, & ſi caperent ſpem de futuro optimam,decernente eis Senatu ſecuritatem reconciliationibus factis decentibus, libenter ipſi ſua ſuſciperent. hæcq; admonentes æquum cenſebant, minime peiores eſſe debere in ira deterioribus meliores:nec in illud differre tempus recõciliationes, cum aut mentẽ habere cogeretur quod eſt amens, aut & minus malum maiori ſanandum eſſet, traditione armorum corporumq; permiſſione,libertatem ipſis ſibi auferentibus: eſſe enim hoc prope impoſſibile.Modeſte autem utentes principes decretis utilibus,oportere etiam priores illis ad reconciliationes uenire,cogitantes quod imperare quidem & præſidere patricijs ineſt:amicitia autem & pax ineſt bonis.dignationem autem Senatus non in eo maxime diminui declarabant, ſi generoſe ferentes neceſſarias calamitates,Remp.tute adminiſtrarent:ſed in eo ſi iracunde implacabiliterq; in accidentibus ſe habentes,Remp. euerterent.eſſe enim dementiæ, magnificentiam qui appetant, ſecuritatem eos negligere. eſſe enim potiri ambabus optabile.ſi uero aliquis prohibeat alterutro,exiſtimãda eſſe ſalutaria magnificis magis neceſſaria. Finis autem hæc admonentium iſte erat, ut legatos mitterent tractaturos cum diſſidentibus de amicitia, tanquam nihil peccatum eſſet eis intolerabile. Sunt hæc Senatui approbata.atq; eligens maxime idoneos miſit ad uallum plebis,mandans ut ab eis quærerent, cuius indigerent,& quibus iuſtis conditionibus reuerti in urbem uellent. Si enim eſſet moderati aliquid, & quod fieri poſſet in poſtulationibus, non eſſe eis contra iturum Senatum. ac nunc quidem deponentibus eis arma, deſcendentibusq; in urbem, adeſſe ueniam peccatorum, & in futurum tempus omne obliuionem. quod ſi præclare conſulant Reip. proq; patria periclitent alacriter, remunerationes pulchras utilesq; eis fore. Hoc mandatum afferentes legati,his qui in caſtris erant expoſuere,conuenientiaq; addiderunt. Non ſuſcipientibus autem rebellibus prouocationes, ſed ſuperbiam atq; grauedinem patricijs, multamq; diſſimulationem exprobrantibus, ſi ſe ignorare ſimularent quorum populus indi-

Principũ ſententiæ

Legati cum mãdatis miſſi

geret

geret,propterq; quas neceſſitates ſeceſſiſſet ab eis: largirenturq; ſecuritatē nullam pœnam ſubeundi defectionibus, tanquam adhuc domini, ciuilis ipſi auxilij indigentes,ad externa ituri bella non multo poſt omni cum exercitu: quibus reſiſtere non poterunt, hi qui non ſuum putant bonum eſſe ſeruari,ſed concertantium felicitatem. Finemq; hunc adñcientibus oratioñi,quod iam melius diſcentes ipſi detinentes Vrbem, difficultates cognoſcerent,cum quibus aduerſarijs futurum eſſet eis certamen:multásq; & graues minas intendentibus eis, legati nihil eis ad hæc contradicentes demigrarunt, renuntiaruntq; patricijs uerba rebellium. Vbi uero hæc reſponſa accepit ciuitas, perturbationes metusq; redijt grauiores quàm antea, neq; exitum aliquem Senatus inuenire poterat,ſed nec dilationes.oblocutiones autem impias accuſationesq; inter ſe principum per dies multos audiens dimittebatur. nec plebeia multitudo, quanta adhuc in Vrbe permanebat, cum patriciorum beniuolentia, tum uero patriæ deſyderio ſimilis ſibi erat. ſed clam palamq; pars magna in diuerſa fluctuabat: firmum autem apprehendendum nihil eſſe uidebatur. Quæ cum fierent Conſules,erat enim eis breue reliquum magiſtratus tempus, diem comitijs ſtatuunt. Populus autem ubi tempus uenit magiſtratuum creandorum in campum conueniens, nemine Conſulatum petente neq; datum ſubſtinente capere, deſignat Conſules ex his, qui eum iam ſuſceperant magiſtratum, plebi gratioſos uiros & optimatibus, Poſtumium Cominiū, Spuriumq; Caſſium, 261
ſub quo Sabini uicti,principatu abſtinuere,ſeptuageſima ſecunda Olym- *Olympias 72*
piade,qua uicit in ſtadio Tiſicrates Crotoniates,Imperante Athenis Diogneto. hiq; ſuſcipiētes imperium Calendis ſeptembribus,citius quàm conſuetudo erat,priuſquam aliquid cæterorum agerent, cōuocantes Senatum de plebis reditu, quam haberet mentem ut diceret poſtularunt. primum ipſi rogantes uirum, tunc perfectæ ætatis,ſenſuq; uiſum cæteris precellere, maximéque in electione laudatorum conſiliorum:quia medij erat ordinis, nec arrogantiam aucturus optimatum, neq; plebi quæcunq; uellet agere permiſſurus:Menenium Agrippam. Isq; ſenatum ad reconciliationes ad- *Menenij Agrippæ oratio*
hortatus eſt, hoc modo loquens. SI AS TANTIBVS hic Patres omnibus eandem ſententiam habere contigiſſet, neque aliquis reconciliationibus cum plebe impedimento futurus eſſet, qualibuſcunq; reconciliaremur cum eis ſiue iuſtis, ſiue non iuſtis ipſis, eſſentq; iſta tantum propoſita,paucis utique declaraſſem uobis quæ ſentio.Sed quando etiam hoc ipſum aliqui adhuc conſilij indigere putant, utrum nobis ſit melius conuenire cum diſſidentibus, an bellum gerere, haud facile puto mihi quid agi oporteat paucis admonere:ſed maiore docere opus eſſe oratione eos,qui ſe aliter habent quàm uos erga reconciliationes: quoniam contraria ſuadentes,uosq; etiam exterrere uolentes, leuiſſima difficilium & faciles habentia correctiones horrent, ergáque maxima & inſanabilia ſeſe ſatis inconſiderate ha-

bent. hócque eis non alia cauſa accidit, quàm quod non ex ratiocinatione iudicant quid conferat, ſed impotenti potius animo & inſania. & quo enim modo dicerentur iſti mente præuidiſſe aliquid utilium aut poſſibilium, qui Vrbem putant tantam, rerúmque tantarum dominam, inuidioſam iam & amaram finitimis, aut ſine plebe obtinere & ſeruare poſſe facile gentes tantas, aut aliam plebem adducere, pro improbiſſima meliorem, propugnatricem eis de imperio, atque multa cum quiete exhibentem ſe ipſam in pace bellisq; moderatam. nihil enim haberent dicendum aliud, cur uobis credentibus poſtularent, ne reconciliationes reciperetis. quorum utrunque quantæ plenum ſit fatuitatis, cenſeo utique uos ex ipſis operibus conſiderare: cogitantes quod diſſidentibus à uobis humilioribus propter eos qui neque ciuiliter neque moderate uſi ſunt felicitatibus, decedentibusq; eis ex urbe, nihilq; aliud in uos graue agentibus neque cogitantibus, ſed ut ſine pudore reconcilientur expectãtibus, amplexuri ipſi cupide quod à fortuna datum fuerat, multi haud benevole erga uos affecti exultãt animis, & hoc ſibi tempus ad uotum eueniſſe exiſtimant, in quo ueſtrum euertant imperium. Equi enim, Volſci, Sabini, Hernici nullo alio electo tempore bellum inferentes quàm aduerſum his recentibus oppreſſos malis, populantur nobis agros. Campaniæ autem & Hetruriæ quicunque erga nos inimice habent, alij palàm deſciſcunt, alij ſe clàm parant. quid & Latinorum cognationem putatis adhuc nobis ſtabilem permanere, & in amicã euntem fidem? Sed & pars adhuc huius magna languere dicitur, amore capta eius quam omnes expetunt mutationis. qui enim prius in alieno caſtra ponebamus, nunc incluſi muris ſedemus, incultum agrum relinquentes, diripiq; uidentes caulas, & abduci prædam famulosq; fugere, nec habentes quid ſequamur in malis. Et hæc quidem patimur ſperantes reconciliationem plebis, & in nobis ſcientes eſſe, ut decreto uno tolli poſſit omnis ſeditio. ſicq; etiam male habentibus nobis campeſtribus, ne intra muros quidem minus ſunt terribilia. neque enim ut obſidendi parauimus multo ante ſubſidia, neque ipſi, ut ad copias tantas hoſtium, multitudine abundamus. exigui enim nec pugna digni ſupplementi noſtri pars maior eſt ex plebe, mercenarij clientes & opifices, haud certi admodum perturbatæ potentiæ optimatum defenſores. tranſfugiáue nunc eorum continua ad rebelles noſtros, ſuſpecta nobis omnia effecere. ſuperq; hæc omnia cum obtenta regione ab hoſtibus, ſit aduectio cõmeatuum impoſſibilis, timetur iam fames. & cum in penuria erimus, terrebit adhuc nos magis tempus bellumq; illud. præterea quod nullum tempus quieſcere nos animo ſinit, omnia excedit grauia, uxores filijq; rebellium, infantes & ſenes patres in ueſtimentis miſerabilibus, habitúque luctuoſo circulatim per forum perq; compita flentes, ſupplicantes complectentesq; cuiuſq; manus & genua, deplorantésque detinentem & adhuc detenturam ſe ſolitudinem: graue ſanè inſupportabiléque aſpectu

ctu. Est ne quisquam tam efferatis moribus, ut non animo commouea/
tur hæc uidens, miserearturq; fortunas hominum? ut si diffidenter nos habi
turi erga plebem simus, hæc quoq; nobis corpora sint emittenda, alia qui/
dem ut inutilia futura obsessis, alia uero ut non permãsura amica stabiliter
Eiectis igitur his etiam, quæ nam uis urbem custodiẽs relinquetur? aut cui
ipsi fidentes auxilio, audebimus & grauia tolerare? solum nobis peculiare
refugium, & spes sola certa patriciorum iuuentus pauca est, ut uidemus, nec
satis digna ob quam ualde nos extollamus. Quid nam igitur introducẽtes
isti sustinendum bellum loquuntur? nósq; decipiunt aliqui, ac non aperte
nos admonent, ut sine sanguine, sineq; labore Vrbem iam tradamus ini/
micis? sed sum ego fortasse cæcus, minimeq; grauia timẽda censeo, nec est
aliud iam Vrbi periculum, quàm mutatio, res haud difficilis, cum per mul/
tam nobis facilitate msit licitum futurum, ex omni gente omniq; loco mer/
cenariam turbam clientumq; suscipere. hoc est enim quod plebeis infesti
multi rumoribus efferunt, nec per deos illi quidem ciues inanissimi, in hoc
iam aliqui fatuitatis descendentes, ut non sententias salutares, sed uota pro
ferant impossibilia. Quos utiq; libenter interrogarem, quod intentis ad res
has nobis dandum sit temporis spacium, tam propinquis inimicis Vrbi,
quænam uenia cunctationi, dilationiq; uenturorum sociorum in non con/
stãtibus? quisnam eis securitatem uir aut deus exhibiturus, multamq; per
quietem conducturus omnino, hucq; comitaturus auxilium. deinde patri/
as suas isti relicturi, ad nosq; trãsituri, qui nã erunt? utrũ illi habitationes,
laresq; habentes proprios & censum? honoratiq; apud ciues & parentum
claritate aut uirtute æstimati propria? & quis utique sustineret, domestica
relinquens bona, alienorum malorum turpiter fieri particeps? neque enim
futuræ pacis, deliciarumq; socij huc uenient, sed periculorum & belli, ex qui
bus incertum an recte dirigendus sit finis. an plebeiam adducemus, sineq;
sedibus multitudinẽ, qualis etiam quæ hinc abijt, clarum sanè quod & de/
bita & damnationes, aliasq; huiusmodi calamitates libenter ea quocunq;
contigerit depositura. quæ si etiam alioquin frugalis sit & modesta, ut hoc
eis quoq; largiamur, quia tamen domi nata non sit, neque eiusdem uictus
aut consuetudinum & legum, neq; eius quæ apud nos disciplinæ, longe ea
quodam modo, & omnino futura est hac nostra peior. nam gentili sunt
hic filij & uxores obsides, & parentes corporáq; multa alia domestica, &
quod ipsos educauit soli necessarium omnibus & quod auferri nequit desi/
derium. Aduenticia uero ista & tentorialis turba si fiat nobis cohabitatrix,
nihil prorsus hic ei existente, cuius ipsa boni causa periclitari uolet: nisi ali/
quis polliceatur ei agri partem se daturum, urbisq; portionem aliquam, ea
ipsa nunc dominis auferens, quorum partem haud dignamur his qui pro
eis sæpe pugnauerint tradere. ac fortasse ne his quidem traditis, contenta
erit: sed & honorum & magistratuum, aliorumq; bonorum ex æquo cum

patricijs se fieri sociam postulabit. Nisi igitur concedamus eis unaquæque postulatorum, inimicis quidem eis non impetrantibus potiemur. Sin concesserimus, habitabitur nobis patria resq; publica à nobis ipsis dissoluta. Nec hic addo, quod idoneis ad rem bellicam hoc tempore, non colonis indigemus, aut mercenarijs, aut mercatoribus, aut in sordidis artibus occupatis, quos discere oporteat bellica, suicq; experimẽtum dare. Difficilis autem insueto experientia. Tales igitur necesse est esse conuenas, & ex omni demigrantes gente, militare uero auxilium, ne unum quidem nobis consistens uideo: nec, si aliquod ex insperato appareret, suaderem uobis ut id prompte intra muros reciperetis, multas ipsi scientes urbes ab introductis præsidio exercitibus seruas redditas. Cogitantes igitur hæc, & quæcunq; uobis alia dicta sunt prius reminiscentes adhortantium uos ad reconciliationes, existimare decet etiam, quod non apud nos solos aut primos inopia à diuitijs dissidet, humilitas à claritate, sed in omnibus ut ita dicam ciuitatibus magnisq; & paruis inimica est ut sæpius multitudini paucitas: in quibus quidem præsidentes Rebusp. moderate administrantes patrias seruauere: arrogãtia uero usi, unà cum alijs bonis se quoq; ipsos perdidere: cogitantes ita, quod compositis ex multis rebus quibusq; innatum est ex aliqua sui parte ægrotare: ultraq; hæc, quod nec humani corporis partem quæcunq; ægrotet opus est semper abscindi: turpis enim fieret aspectus reliqui, ac non diu durans natura: nec ciuilis societatis partem ægrotantem expellere, neq; eñ per partes proprias coalescere cum tempore amissum. deinde etiã reputantes, quanta sit uis necessitatis, cui soli etiam dei cedunt, ne ingraueſcite ad fortunæ uarietates: neque tanquam euenturis nobis ad uotum omnibus arrogantiæ insipientiæq; impleamini. sed frangamini, ceditecq; utentes exemplis recti consilij, non externis, sed & uestris ipsorum gestis. etenim uirum unum totamq; ciuitatem in pulcherrimis actionibus suis gloriari decet, & quemadmodum illis consentientes futurę reliquæ sint speculari. Vos igitur iam multos hostes, à quibus læsi ipsi eratis in rebus maximis, in potestate habentes, neque euertere neq; eijcere eos ex propriis uoluistis: sed & domos & res eis suas reddidistis, & habitandam patriam concessistis, & æquo iure cum ciuibus nostris esse iam aliquibus eorum largiti estis. isto quoque admirabilius uestrum opus dicendum habeo, quod & nostrorum ciuium multos multa in uos delinquentes absoluistis à supplicijs, in autores ipsos solos iram inclinantes: quorum quidem sunt coloni Antemnas sortiti, & Crustumeriam, Meduliamq; & Fidenas, alijq; plures. quid enim opus est nunc omnes enumerare quos uos per obsidionem uincentes moderate ciuiliterq; admonuistis? neque unquam propter ista aut periculum aut reprehensio ciuitatem deprehendit: sed laudatur uestra clemẽtia, nec imminuta est securitas. & postea qui inimicis pepercistis, cum amicis geretis bellum? & qui subiectos uobis factos, impunitos dimi-

sistis,

ſiſtis, illos ipſos qui uobiſcum unà compararunt imperium, punietis? Vrbemq; ueſtram habentes tutum omnibus indigentibus profugium, ſuſtinebitis ex ea indigenas, quibuſcũ educati eſtis unaq; eruditi, ac multorum bello paceq; malorũ & bonorum participes pellere? Non, ſi iuſta ueſtrisq; moribus conuenientia uolueritis agere, & abſq; ira quod utile eſt iudicare. Sed quod oporteat ſeditionẽ diſſoluere nos, dicet aliquis, haud minus cognouimus, nec non multam adhibuimus in hoc promptitudinẽ. Quonam autẽ modo eam deponamus, hoc tu conare dicere. Vides enim quanta plebis ſit arrogãtia, quæ iniuſte agens ipſa nec ad nos de reconciliatione mittit, nec à nobis miſſis ciuilia & humana dat reſponſa, ſed ſuperbit & minatur, neq; eſt facile cõiectare quid uelit. Ad hęc autem quid reſpondendum eſſe cenſeam, audite. Ego plebem neq; irreconciliabiliter habere ſeſe erga nos puto, neq; aliquid acturam eſſe ex his quæ minatur credo: conſiderans non eſſe uerbis opera eius ſimilia, multóque eam magis quàm nos ſtudere reconciliationibus exiſtimo. Nam nos patriam, quæ precioſiſſima eſt, incolimus, facultatesq; noſtras & domos & parentes, cæteraq; omnia æſtimata plurimi habemus in poteſtate noſtra. illa aũt ſine urbe, ſineq; domibus, neceſſarijs quoq; corporibus ſuis ipſorũ caret, nec uictu quoq; in diem abundãs. Cuius rei igitur gratia, ſiquis me roget, mala patiẽs plebs, eadem prouocationes noſtras nõ recipit? neq; ad nos legationem mittit? quia ea, dicerem equidem per deum, hucuſq; uerba à Senatu audiẽs, opus nullum quod ab eo fiat, aut humanum, aut moderatũ uidet, ac deceptũ ſe iri putat: uobis ſæpe pollicentibus ei ſemper aliquã prouidentiam, nihilq; peragẽtibus. legationes aũt mittere non ſuſtinet, propter eos qui hæc eam accuſare ſolent, timensq; etiam ne aliquo ex his quæ rogat excidat. ac fortaſſe ſi ſit aliquis in ea quoq; ambitionis inſenſatæ affectus, minime profecto mirũ, quandoquidẽ in nobis ipſis ſunt etiã apud quos litigium peruicaciaq; habitat, neq; uinci ab aduerſario dignantur: ſed quoquo modo quærunt ſemper ſuperiores eſſe, neq; prius gratis aliquid facere, q̃ pignus capiãt futuri beneficij. Hæc igitur cogitans puto oportere nos ad plebẽ legatos mittere, ex eis ipſos quibus illi maxime confidant: quiq; mittentur, ut ſint abſolutæ poteſtatis moneo, ad diſſoluendã ſeditionem quibus æquũ cenſeãt conditionibus, nihil ijdem amplius ad ſenatũ referentes. ipſi em̃ qui nunc uidentur ſuperbi eſſe & graues, tunc ſcient quod uos uere ad concordiã ſtudetis, & in clementiores deſcendẽt poſtulationes, nihil illi rogantes turpiũ aut impoſſibilium. litigioſum enim omne etiã ſi ſit humile, ſolet aduerſus ſuperbientes exacerbari: erga uero colentes ipſum, manſueſcere. Hæc cum dixiſſet Menenius, murmur multum in Senatu incidit, colloquebanturq; uniquiq; ſecundũ collegia. manſuete alij diſpoſiti erga plebem, cohortãtesq; ſe inuicem ut adhiberent omnẽ promptitudinẽ, ut plebs in patriam reduceretur, quandoquidẽ tunc ſententiæ ducem acceperãt optimatum illuſtriſſimum.

dolentesq; ac nolentes prorsus moueri ab ornatu patrio Remp. incerti ipsi quemadmodum rebus uterentur, nec mutare æquum censentes, quæ prius elegerant, nec permanere ualentes in cognitis. uiri uero synceri, nullaque pro seditione certantes, pacem uolentes agere, & quemadmodum, non essent inclusi muris spectandum censentes esse. Silentio autē sequuto, consulum senior laudato Menenio generositatis, & ut illi curatores similes essent reliqui æquum censens, dicentes omnia quæ sentirent fidenter, & agentes libere quæ uiderentur, alterum eodem modo nominatim sententiam ro-

M. Valerij oratio

gauit M. Valerium fratrem colliberatoris urbis à regibus, uirum præ cæteris optimatem, plebi uero gratiosissimum. qui assurgens primum quidem senatum admonuit suorum institutorum, & quod sæpe prædicente se euentura Vrbi grauia, nullius precij sua uerba fecerant. postulabatque deinde ab aduersantibus reconciliationi, ne nunc de moderato quærerēt: sed quandoquidem non sinebant seditionem euelli, donec adhuc parua erat à ciuitate discrepans, ut quàm primum quiescerent spectarent, ac ne longius prodiens exiret forsan insanabilis: aut si minus, uix sanabilis, & multorum malorum causa: postulatáq; plebis declarans, non amplius futura eadem quæ prius, neq; putans conuēturam in eisdem ipsam absolutionem petentem tantum æris alieni, sed & auxilium postulaturam fortasse aliquod, per quod tuta ipsa in reliquū tempus permaneret. Esse enim ex quo cœpit dictatorius principatus solutam legem libertatis suæ custodem, quæ neq; Ciuem Romanum quenq; indemnatum permittebat consules occidere, neq; iudicio superatos plebeios à patricijs tradi ipsos damnantibus, prouocationemq; uolentibus dabat, iusq; trāfferendi iudicia à patricijs ad populum: & quod si Populus hoc firmum sinat, auferētur à plebeis etiā potestas reliqua prope omnis, cuius erant prius domini, quando etiam ex bellis triumphum impetrare eis non licuit à Senatu uiro ultra alios dignissimo qui honoris huius potiretur P. Seruilio Prisco: quibus ex rebus offensos multos uerisimile erat animo deficere, malas quoq; spes habētes de securitate sua, quandoquidem neq; consuli, neq; dictatori uolenti curam agere de ipsis licuerit, sed affectus sit ab eis quodāmodo contumelijs & ignominia ob aduersantium multorum studium ac prouidentiam. nec egisse quidem ista elegantissimos patriciorum, sed contumelioſos auaros quosdam, & iniusto quæstui acriter studentes: qui ob multas pecunias redditas magnis ipsi fœnerātes usuris, multaq; ciuium corpora in seruitutem redigentes, hisq; crudeles & superbas afferentes necessitates, alienam ab optimatu fieri plebem omnem coegerunt: sodalitatemq; constituentes, eiusq; declarantes ducem

Carpitur Appius

Appium Claudium perosum populū, uirum factiosum, per illum auferūt res ciuitatis omnes: quibus nisi pars prudens Senatus impedimēto fuerit, periculū est, ne in seruitutē aliquam, aut in euersionē etiam urbs incidat. Postremo autē sibi quoq; uideri declarabat utendum esse sententia Menenij,

atq;

atque legationem dicebat quàm celerrime mittendam esse, aduenientesq; uiros conari ut dissoluerent quoquo modo possent seditionem. sicq; nõ det eis aliquis quæ uolent, quæ sibi dentur ipsi accipiant. Post hunc autem uocatus astitit Appius Claudius dux aduersantis Populo factionis, uir magnifice de se sentiens, neq; sine iustis causis hoc patiens: quandoquidem & uictus priuatus ei quotidianus continens uenerabilisq; erat, & electio institutorum generosa dignitatemq; seruans potentiæ optimatum. isq; materiam assumens sibi Valerij orationem, his usus est uerbis. In minori sanè culpa erat Valerius, si sententiam suam declarans, sentientes contraria non accusasset. licebat enim ipsi male audire nihil. sed quando ei non suffecit ea cõsulere, ex quibus aliud nil oſtẽditur, quàm ut pessimis seruiamus ciuium: sed & sibi aduersantes attigit, meiq; manu consertus meminit: multam mihi quoq; uideo necessitatem dicendi de his, dissoluendiq; primum aduersùm me calumnias. Exprobratum enim mihi ab eo est studium neq; ciuile neq; decens, quod undecunq; lucrum quærere instituerim: priuariq; multos pauperes libertate: plebis quoq; defectionem non parum mea causa factam esse. quorum quidem quod omnino nihil uerum sit, aut sanum, facile est uobis discere. Age qui sunt Valeri, quos ego in seruitutem ob debitas pecunias traxerim? quos ciues ego nexos habui, aut nũc habeo? quis rebellium ob crudelitatem meam, aut quæstus studium caret patria? sed non utique hoc poteris dicere. tantum enim absum ut ciuium quenquam seruum ob pecuniam fecerim, ut plurimis mea quoq; proijciens, neminem priuantium me pecunijs addictum aut inhonorum fecerim. sed sunt liberi omnes, habéntque mihi gratiam inter ualde necessarios amicorum clientumq; constituti. neque hoc dico accusans siqui his similia non egerunt: nec si aliqui concedente lege egerunt aliquid, iniuste agere ipsos puto: sed meas ipsius calumnias diluo. Quas in grauedinem autem meam, patronatumq; prauorum hominum obiecit mihi, osorem populi & factionis paucorum potentiæ studiosum uocans, quia optimatum principatum complector: communes uestrum omnium sunt accusationes, quicunq; æquum censetis esse meliores non à peioribus dominari, neque eam quam accepistis à maioribus uestris formam Reip. à pessima in hominibus administrandi forma multitudinis potentia uobis auferri. neque enim si paucorum dominatus nomen uelit iste principatui præclarorum uirorum imponere, res ipsa etiam calumniæ per nomen habita delebitur. Nos autem multo iustius ueriusq; inferemus opprobriũ, plebis adulationem, Tyrannicorúmque operum cupiditatem. nemini enim obscurum est quin ab adulatione plebis Tyrannus omnis exoriatur: sitq; uelox ea uia uolentibus ciuitates in seruitutem trahere, quæ per pessimos ciues ducit ad potentiam: quos quidẽ ipse colens hactenus perseuerauit, nec hucusque desinit. scite clare, quod non utiq; ausi essent inanes homines & humiles delicta talia perpetrare

Appij oratio

perpetrare, nisi ab hoc uenerabili populariq; erecti essent: tanqũam sine ullo periculo futuro eis hoc opere, & præter quàm quod nullam pœnã subituri essent, meliorẽ ipsi etiam sortem quàm priorem habituri. Scitis enim me uera dicere, quod exterrens hic uos de bello, necessariasq; reconciliationes demonstrans, simul dixit, quod non satis futurum esset pauperibus æs alienum dimissum, sed auxilium quoq; aliquod postulaturi essent, neq; amplius tolerarent à nobis sicut antea dominatũ iri: postremo quoq; æquum esse censens, uos complecti præsentia, concederéq; plebi quodcunq; ipsa se pro reditu accipere iustum diceret, haud discernentes ipsos ab honestis turpia, neq; iusta ab iniustis. Tantæ iste arrogantiæ amentem partem ciuitatis impleuit uir senior, & per uos functus omnibus honoribus. Æquúm ne igitur erat te Valeri aduersum alios inconuenientia opprobria dicere, talibus obnoxiũ criminibus? & ad dictas ab isto calumnias, hæc quæ dixi sufficiant. Ad ea uero de quibus consultaturi conueniſtis, uidentur mihi iusta esse dignáque ciuitate, nobisq; utilia non solum ea quæ ab initio demonstraui, sed quæ etiam nunc in sententia permanens declaro. ne adornatum Reip. confundamus, moueamusq; consuetudines maiorũ nostrorũ immobiles: ac ne fidem euellamus ex hominibus, rem sacram, per quã tute urbs omnis incolitur: neq; plebi cedamus maligne res iniustas illicitasq; poscenti. Ac ne aliquid de sententia declinem metus causa ad eos respiciens, qui in urbe concitantes plebem aduersum me exterrent: cõfirmo iram multo magis quàm antea, ringorq; plebis petitionibus duplo magis. Miror autẽ patres sententiæ uestræ absurditatem, quod non ei concedentes, cum nõdum esset aperte bellum, petenti debitæ pecuniæ dimissionem, absolutionesq; damnationũ, nunc uelitis ista, cum est in armis agitq; hostilia cõcedere: & quodcũq; aliud uidetur, eiq; uidebitur quodãmodo. primumq; facietis postulatorum, æqui eam honoris esse, eorundemq; nobiscum participem. An non igitur in populi administrationẽ imperium uestrũ constituetur? indoctissimam ut dixi omniũ Reip. administrationũ, uobisq; inutilem poscentibus imperare cæteris. Non uticq;, si sapietis, aut si non eritis omnium dementissimi, qui uiri unius tyrannici dominatũ intolerabilem existimantes, nunc multorũ capitũ Tyrannidi, plebi ipsimet tradatis: nec per gratiã persuadenti quidẽ ei ista cõcedentes, sed detenti necessitate, & tanq; aliud nũc uobis agere nihil liceat, nisi præter uoluntatẽ cedere. Quando enim pœnæ loco ex his quæ peccauit dementia honorem suscipit, quã putatis contumacem atq; superbam fore? ne spe illa extollamini, ut moderate ad dignationes se plebs gerat, si sit ei clarũ uos omnes ita decreuisse. sed plurimũ in hoc falletur opinione sua Menenius, uir tẽperans, & qui de suis moribus coniecturã faciẽs, pulchre etiã de cæteris opinat. Incũbet namq; uobis ultra conueniẽs grauis, ob arrogantiã quę innasci solet in potestate, & imprudentiã, cuius maximã partẽ obtinet multitudo: sicq; non statim ab initio, at sequenti certe

ti certe tempore, ex quacunq; cuius indigeat nec potiatur re, arma ut nunc capiens, seuera asperaq; nobis incumbet. ita ut si ei prima cōcedetis, id esse nobis putantes utile, peius statim uobis aliquid sit imperādum: rursusq; aliud eo grauius, tanquam uobis metu ad prima etiā obtemperantibus, donec urbe uos tandem eiiciant: ut in urbibus est iam factum multis alijs, postremóq; Syracusis, in quibus quidem possessores à clientibus sunt expulsi Si uero illorum indignantes petitiones obuiam ituri sitis, cur non hinc tandem incipitis liberos habere sensus? Præstat enim à minori culpa incipientes, anteq; lædamini in aliquo, demonstrare generositatem, q; multa ante tolerātes mala, indignari postea iam gestis rebus, neq; reliqua permittere, sero mentem habere incipientes. Nec terreat quenquam uestrum hæc rebellium absciſſura, neq; bellum externarum gentium, neq; male de domesticis sentite uiribus, ut ad seruandam Vrbem minime sufficiētibus. Nam est exulum uis parua quidem, neq; diu resistet, ut nunc perseuerans campestris sub tentorijs per hyemem: nec acquiret ut nunc per raptum amplius cibaria, ubi quæ adsunt, consumpserit: sed nec aliunde uenalia ob paupertatem his aduehentur: quibus neque priuatim adsunt, neq; publicæ pecuniæ. bella autem ut frequenter abundantiæ pecuniarum aduersantur. sine magistratibus autem eis, ut est uerisimile, & ex ea re incidēs seditio confundet statim, dissoluetq; consulta. neq; enim dignabuntur Sabinis, aut Etruscis, aut alijs aliquibus alienarum gentium se tradētes, seruire eis, quibus ipsi nobiscum aliquando abstulerint libertatem: neq; habebitur apud illos fides magna his, qui ad patriam eorum male turpiterq; perdendam prompti fuerint, ne similia quoq; agant in eam, quæ se suscipiat, timentes. Regnatur autem per optimates quæq; circū nos gentes: neq; ulla sit in urbe plebs ex æquo rerū particeps: ita ut non ullo modo excellētes, ut ita dicā, in quaq; urbe nō sinentesq; cōmoueri domesticā turbā, in sua patria suscepturi sint aduentitiā seditiosamq; istā, ne partē dantes eis similiter aliquādo priuentur æquis. Si uero fallerer sentētia, suscipietq; eos urbs aliqua, in hac statim cognoscent, quemadmodū hostes ipsi quoq; hostilia sint passuri. habemus em̄ de eis obsides uxores & patres, cognationēq; omnē aliā, quibus ne optātes quidē maius aliqd à dijs posceremus, quos in cōspectu statuētes propinquorū, perdemus, si audeāt aduersum nos ire, tanq; ipsos quoq; ultimis supplicijs affecturi. Quod si intelligāt: uos sciatis recepturos esse eos, precātes cōplorantesq;, & tradētes se ipsos nobis sine armis, omnia tolerantes. acres em̄ sunt tales necessitates ad frāgendos arrogātes sensus, deiciēdosq; oēs ad nihilum. Ac ista quidē sunt quorū gratia ab exulibus bellū minime timendū censeā. Ex alijs uero gentibus terribilia non nunc primū perscruta ti sumus subtiliter esse talia, sed prius quoque, quoties nobis experientiam dederunt sui, minora uisa opinione. Quicunque uero minime sufficientes putant uires urbis domesticas, & hinc maxime bellū horrent, discāt de eis

se non

se non sufficienter sentire. nam aduersus rebelles ciues æquam manum opponendam habebimus, si uolemus eligentes robustissimos seruorum manumittere. præstat enim libertate donare istos, quàm ab illis principatum auferri nobis. habent enim satis bellicæ rei peritiam astantes nobis militiæ. aduersus autē externos hostes ipsi prodeuntes ibimus, omni cum promptitudine, & clientes adducemus omnes, & q̄d super est plebis. Vt aūt prōpta sit ad certamina, remissionem eis largiemur æris alieni, non cōmunem, sed uiritim: siquidē opus est cedentes temporibus aliquatenus moderate agere, nec erga hostes qui sunt ex ciuibus, erit hæc moderatio, sed erga amicos: quibus quidē gratificari ipsi utiq; non coacti sed persuasi uidebimur. si uero alio quoq; nobis opus erit auxilio tanquā isto nō sufficiente, accersemus ex castellis præsidiarios milites & colonos reuocabimus. Quantus aūt hic sit numerus ex censu nuper facto facile esset discere. centum enim & triginta sunt milia Romanorum pubescentium, quorum septima pars non esset quæ exulat. dico etiā obtemperaturas nobis Latinorū triginta urbes, quæ ad uotum suscipient pro nobis pugnas ob cognationem, siq; decernatis eis tantum ciuilitatem æquam, quam rogantes assidue perseuerant. Quod est autem in bellis omnium præclarissimum, neq; id uos quodammodo cogitatis, neq; ullus consiliariorum dicit, hoc ego adijciēs finem faciam. Nullius æque ac ducum indigent egregiorum, qui felicem sint habituri bellorum finem. Horum aūt diues est Vrbs nostra, hostiūq; urbes inopes. Vires multæ enim turbæ, cum duces accipiunt insçios imperandi, ignominiosæ sunt per se, & in eis labant plurima, eoq; mali plus patiuntur quo maiorem habent exercitum. At egregij duces, quamuis paruas etiam uires accipiāt statim faciunt eas magnas, ita ut donec habeamus uiros ad ductandum idoneos, non inopes futuri simus parere uolentium. Hęc igitur cogitantes ipsi, rerumq; Vrbis gestarū memores, nihil humile aut ignobile aut indignum nobis decernite. Et quid igitur, si quis me interroget, uos ego agere admoneo? fortasse enim cupitis iam pridem scire. Neq; ullam ad rebelles legationem mittere, neq; æris alieni remissionē ullā prorsus decernere, neq; aliud quicquam facere, per quod metus aut opinio imbecillitatis ulla appareat. Quod si arma deponētes in Vrbem ueniant, & se uobis, ut de ipsis consultetis exhibeant, tunc per otium, ut uidebitur, erga eos moderatione utendū esse: quia demēs omne, præsertimq; multitudo solet erga humiles arrogās fieri, erga autem arrogātes humilis. Desinente uero Claudio uox magna & tumultus ingens usq; in multum Senatū detinuit. Qui enim optimates esse uidebantur, & iusta esse præponenda iniustis putantes, in sententiam ibant Claudij: postulabantq; consules ipsos præcipue meliori parti accedere, cogitantes se regiam imperij, non plebeiam habere potestatem: siq; minus, seruarent se æquos, uimq; neutri parti afferrent, sed sententias numerantes senatorū pluribus adhærerent. quod si horum utrunq; negligerent,

seq;

ſeq; iudices tranſactionum facerent,non permiſſuros ſe id eis dicebant, ſed ituros obtaiam omni cum promptitudine,uerbis quoad liceret utentes,& armis quoties neceſſe eſſet.Erat autem caterua potens,omnisq; ferè patriciorum iuuentus huius erat ſententiæ.Quibus uero pacis inerat deſideriũ,Menenĩ ſe Valerĩq; ſentẽtiæ adĩciebant,maximeq; prouecti ætate,cogitãtes calamitates quantæ occupant ex ciuilibus bellis urbes: uicti uero clamore iuuenum,& inornatum ambitionemq; eorum ſuſpicantes, & laſciuiam aduerſus conſules ueriti,ne ulterius manibus temperarent,niſi aliquis eis cederet,in lachrymas precesq; ad extremum conuertebantur.quieſcente autem tumultu,factoq; ſilentio cum tempore,diſputantes iterum cum eis conſules finem intulerunt ſententiæ ſuæ talem.Nos quidem patres maxime po- *Verba Conſulum*
ſtulamus,uos oẽs unius eſſe ſententiæ, de ſalute ipſos præſertim publica conſultantes:ſiq; minus,cedere iuniores ſenibus,neq; concertare: cogitãtes quod peruenientibus ad hanc ætatem eis contingeret potiri æqui honoris à minoribus.Quando autem uos uidemus in cõtentionem incidiſſe exitioſiſſimam morborum humanorum,multamq; contumaciam uobiſcum conuerſantem iuuenes: nũc quidem poſtquam breue eſt reliquũ diei tempus, nec in eo finem capere poſſent ea quę uidentur nobis:abite à Curia,& cras in concilium uenite,moderatiores facti,& ſententias habentes meliores. Si uero iſtud permaneat in uobis peruicax,iuuenibus quidem iudicibus non amplius,neq; utilium conſiliarĩs utemur:ſed in reliquum coercebimus eorum immodeſtiam lege,ipſi ſtatuentes lege annorum numerum,quem habere oporteat conſiliarios:ſenibusq; rurſus permittentes cauſæ dictionem, ſi nihil conferent ſententĩs ſuis utile, celeri uia peruicaciam eorum diſſoluemus,quam quidem melius eſt audire uos prius & diſcere. Scitis enim ex lege eſſe ex quo Vrbem hanc incolimus,rerum omnium Senatum dominum,præterquam creandorum magiſtratuum,ſanciendarũmq; legum, inferendiq; bellum,aut conſiſtens diſſoluendi. Horum uero trium poteſtatẽ habere populum ſuffragia ferentem . Nos autem non nunc de ullo alio,q; de bello,paceq; conſultamus:ita ut ſit ualde neceſſarium cõfirmare ſententias noſtras populum ipſum ſuffragiorum dominum . Nuntiantes autem multitudini,ut adſit ſecundum hanc legem in foro,ubi nos ſententias tulerimus,dabimus populo ſuffragia:hoc modo maxime exiſtimantes concinnari contentionem ueſtram.Nam quodcunq; decernent plures, hoc putabimus prævalere. Digni enim ſunt profecto potiri huius honoris, qui permanent ciuitati beniuoli,habituriq; nobiſcum partem æquam bonorumq; & malorum.Ac his dictis,dimiſere concilium.Die autem poſtero iubentes nuntiari omnibus,qui in agris,inq; præfectĩs agebant,ut adeſſent:ac Senatui prædicentes,ut eadem uenirent die:ubi plenã uiderunt Vrbẽ multitudine,& ſententias patriciorum deuictas precibus, quas cum fletu & ploratu adhibebant patres pueriq; rebelliũ:ſtatuta die exierunt in forũ anguſtum

Vulcani ædes factum de multa adhuc nocte totū turba multiplici: & eūtes in ædem Vulcani,ubi mos erat haberi cōciones,primū quidem Populum laudauere propter ſtudium & promptitudinem multitudinis aduentus: adhortatiq; ſunt poſtea,ut quieti expectarent donec S. C. fieret. propinquos aūt rebellium admonuerunt,ut ſpem haberent bonā,tanq; ipſis accepturis non poſt multo dilectiſſima. poſt hæcq; in Senatum eūtes,& clemētes habuere ipſi,moderatosq; ſermones,& ut cęteri utiles humanasq; ſententias dicerent,æquū

Menenius cenſuere. Vocaueruntq; primū omnium Meneniū:qui aſſurgens ijſdem uſus eſt quibus antea ſermonibus,Senatum aduocans ad reconciliationes,& ſententiā eandem proferens,poſtulansq; legationē mitti q; celerrime ad deſciſcentes,dominā recōciliationum. poſt hunc ſtatim uocati, aſſurrexere ſecundū ætatē cōſulares,quibus omnibus uiſum eſt ſententia utendū eſſe Me

Appius.ac nenij,donec uentū eſt ad Appium.qui aſſurgēs, Video inquit patres, quod
nius oratio & cōſulibus eſt gratū,& uobis alijs prope oīibus, populū reducere quibus ipſe uelit cōditionibus:& ego ex hominibus aduerſantibus recōciliationi relinquor ſolus,inuiſus illis, neq; amplius uobis utilis. ſed nō propter hæc tamen ipſe abſiſtā eis,quę ſunt mihi à principio cogitata,neq; deſeram Reip. cauſam uolens: quanto enim deſertior ero ab his qui mecū eadem cenſuere, tanto ero aliquādo honoratior:aderitq; uiuenti quidē mihi laus, mortuoq; apud poſteros memoria.Sit igit' ó Capitoline Iuppiter & dei urbis noſtræ inſpectores,Heroesq; & Genij quicunq; Romam inuiſitis,pulcher utilisq; reditus exulū: decipiar'q; ego opinione, quā de futuro cōcipio: ſi'q; aliquid ciuitas acerbi ex his cōſilijs accipiat(erit enim hoc non multo poſt clarū)his celerē correctionē date,tutam'q; ſalutē rebus.aç mihi qui nec alio unq; tempore uolui ſuauiſſima pro utiliſſimis dicere,nec nūc Remp. prodo aliquam

Pertinacia propriā ſecuritatem cōparans,placidi ſitis & propitij.& hęc igitur deos preAppij cor: rationibus enim nō eſt opus amplius. ſententiā aūt fero eam quam & prius:manenti in urbe plebi,dimittendū æs alienū eſſe, & aduerſus rebelles bellandū omni cum prōptitudine, donec perſeuerent in armis. & his dictis ſiluit.Poſtq; aūt ſeniorum ſententiæ cū Menenio cōſentiebant, deſcenditq;

Sp.Nautius ſermo ad iuniores recto omni exiſtenti cōſilio,aſſurgit Sp. Nautius familię
* ſucceſſor illuſtriſſimæ:nā dux generis eorū Nautius ex eis erat,qui cū Ænea Coloniam deduxere,ſacerdos Palladis cuſtodis urbiū,& qui transferens ſimulachrū deæ attulit:quod etiā cæteri Nautiorū generis obſeruabant, ſubinde ipſi ab alijs accipientes. Videbatur aūt hic etiā ob uirtutē propriam clariſſimus eſſe iuuenū,neq; multo poſt imperij potiturus conſularis.Incipiens igitur is excuſationem cōmunem iuuenū omniū,q; nō contētionis gratia aduerſum patres,neq; uſi arrogātia in priore cōſilio ſenſere contraria,ſed errarunt p ætatē ſententia titubantes:poſtremo fidē ſe ait huius rei facere mutationē ſuā.cōcedereq; eis igit' tanq; melius ſentiētibus,decernerēt, quodcūq; crederēt Reip.fore utile, tanq; ipſis minime aduerſaturis, ſed obtēperaturis

ſenior

senioribūs.his aūt similia pronuntiātibus alijs quoq; iuuenibus,præter pau
cissimos quosdam Appij propinquos,laudato eorum ornatu Coss.adhor
tatiq;,ut se tales quoq; in cæteris publice exhiberent,legationes decem ele
gere,ex illustrissimis seniorū,præter unū consulares oēs.ac fuere designati
isti.T.Largius Flauus,Menenius Agrippa Cai filius Lanatus,M.Valerius *
Volusi filius, P.Seruilius Publij filius,P.Postumius Quinti filius Tubert⁹,
T.Ebutius Titi filius Helua, Seruius Sulpitius Publij filius Camerinus,
Aulus Posthumius Publij filius Albus,Aulus Virginius Auli filius & No
mentanus.Post hæc dimisso Senatu,Coss. in cōcionē prodeuntes recitarūt
S.C. & legatos produxerunt: postulantibusq; omnibus scire,quæ manda
ta eis dedissent,dixere palam mandatū esse ut agerent quoquo possent mo
do,uti plebis cū patricijs amicitia cōponeretur sine dolo,sinéq; fallacia,redu
cerentq; exules ad propria.His mandatis exceptis,legati eodē die exiuerūt.
Præueniens aūt præsentiam eorum fama,nuntiauit in exercitu quæcūq; ge
sta in urbe essent:confestimq; omnes relinquentes uallum, legatis adhuc in
itinere existentibus obuiā prodiere.Erat aūt in exercitu turbulentus uir qui
dam,admodumq; seditiosus, acuti sensus ad præuidendū multo ante euen
tura,& quod mente iam sensisset,tanq; loquax & ambitiosus,ad prædicen- *L. Iunius*
dum nō inualidus: qui Lucius Iunius uocabatur eiectori regū cognominis, *Brutus*
& explere cognomentū cupiēs,uolebat Brutus appellari:ex quo multos ob
inane studiū eius hominis risus inuadebat,& cum eū mordere uellent Bru
tum appellabant.Hic uir igitur ducem exercitus Sicinium docens, minime
expedire plebi se facilē oblatis permittere,ne cū minori dignatione reditum
inueniret:sed ut aduersaretur multū,tragœdiamq; fictā rebus aliquā inijce
ret: promittens idem se quoq; pro ea orationē susceptūrū, aliaq; subijciens,
quæ agere oporteret aut dicere,Sicinio persuasit.Isq; post hoc cōuocato po
pulo,iussit legatos dicere, de quibus rebus missi aduenirent. progrediensq;
M.Valerius æuo maximus eorū atq; populariissimus,attestante ei promp- *M.Valerij*
titudinem suā multitudine placidissimis uocibus & appellatiōibus,ubi silen- *oratio*
tiū affuit,tali usus est oratione.Nihil amplius est plebeij quod uos ꝓhibeat
redire iterū ad uestra,reconciliariq; cū Patribus. decreuit enim Senatus uo
bis pulchrū,utilemq; reditum:sententiāq; protulit,nullius prçteritorū esse in
malam partē reminiscendum. ac nos quos esse cognouit populariissimos, &
uobis iustis causis in honore habitos,legatos misit,dominos absolute trans
actionum nos cōclusse ille designans:ut nō opinionibus aut cōiecturis uten
tes de uestra sententia,sed à uobis audientes ipsi, quibus cōditionibus recō
ciliari postuletis,si sit moderatū aliquod petitionū uestratū,nec per impossi
bile aut per pudorē aliquem intolerabilē prohibeamur, concedamus uobis
nō amplius sententiā eorū expectantes,neq; res ipsas in longa tempora aut
in inuidiā reijcientes aduersantiū.Hæc itaq; decernente Senatu,suscipite iu
cunde plebeij gratias eorū,omni cū prōptitudine & studio,felicitatē tantam

magnificientes:magnamq; dijs habẽtes huius gratiam, quod Romana ci-
uitas imperãs tot hominibus,& Senatus principatũ habens omnium in ea
pulchrorum,cũ non sit patrius mos eis cuipiam aduersario cedere,uobis so-
lis dignatione ultro cedunt:minimeq; disputare subtiliter de officijs utrotũ-
que uoluere,tanq; meliores inferioribus, sed priores legationẽ ipsi de trans-
actionibus misere. non illi quidẽ arrogantia responsa uestra,quæ prioribus
legatis dedistis referentes ad iram:sed tolerantes austeritatem uestram ipsi,
iuuenilemq; contumacię grauedinẽ,tanq; pij imprudentium filiorũ patres:
mitti iterũ legationem alterã oportere putauere,decq; iure suo decedere, su-
stinereq; Quirites omnia moderata. Postq; certi igit tantæ felicitatis estis,
ne differte plebeij dicere,quorum indigetis:neq; aduersum nos lasciuite,sed
soluentes seditionem,abite læti in eam quæ protulit,educauitq; uos urbem:
cui quidem alimonia gratiamq; pulchram non redditis, relinquentes eam,
quãtumq; in uobis fuit, desertam esse ouibusq; pascuam sinentes. Quod si
tempus hoc prætermittitis,optabitis sępenumero tale alterũ inuenire.Desi-
Sicinij re-sponsum nente aũt Valerio progrediens Sicinius: Non ex uno inquit sermone opus
est,qui bene consulant quid conferat exquirere,sed supponere sibi contrariã
opus est orationẽ, de re tanta præsertim deliberãtibus. iussitq; deinde dice-
re eos qui uellent ad hęc aliquid,uerecũdia omni prorsus cautioneq; depos-
ta: non em̃ sibi res ꝓmittere in necessitates tãtas inclusis, ut hæsitationi pu-
dorique cederent.Secuto aũt silentio,postq; omnes alter in alterũ respiciebãt
exquirentes de Rep.dicturũ,apparebatq; nullus, Siciniusq; eisdem sæpius
utebatur uerbis:progredit ut erat pollicitus Lucius Iunius,is qui uolebat co
gnominari Brutus:ac potitus significatione cõfertę multitudinis talẽ habuit
Bruti oratio orationẽ: Timor inqt,de patricijs plebeij insitus animis,stupefacere uos ui-
detur,ac propterea humiles facti,sermones quibus uti inuicẽ solebatis uere-
mini in mediũ efferre.putat forsan unusquisq; proximũ sibi alium de Rep.
ũerba facturũ,& simul idem se cũ omnibus, si qua est periclitatio,potius su-
stinere:ipse uero in tuto positus,quodcũq; eueniat ex audacia alterius,huius
partẽ sine metu se habiturũ:male quidẽ id,sciens ꝙ si ęque spectemus omẽs
priuata nostra, uniuscuiusq; timiditas cõmune fiet omnibus detrimentũ:&
dum propriã spectat aliquis securitatẽ, eã quæ est omniũ cõmunis perdet.
Quod si etiã non prius cognouistis solutũ esse uestrum metũ,& quod cũ ar-
mis unà libertatẽ habetis certã,nunc iam discite istis ipsis utentes præcepto-
ribus. superbi em̃ & graues uiri nõ amplius imperãtes nobis sicut prius, aut
minantes ueniũt: sed rogantes nos,cohortãtesq;,ut ad nostra redeamus,&
ut cũ liberis ipsi ex ęquo iam incipiant cõuersari. Quid igitur stupefacti estis
adhuc & silętis,ac nõ sentitis libera, rescindentesq; aliquando frenos dicitis
publice quæ ab eis perpessi estis. ó miseri quid timetis? an ne aliquid patia
mini me duce oris liberi utẽtes? periclitabor enim pro uobis iusta dicens fi-
denti animo,nec apud eos quicq; occultabo.& quãdoquidẽ dixit Valerius,

nihil

nihil esse qđ uos reuerti prohibeat ad propria, dante uobis senatu reditum, ultraq; hoc decernente iniuriarum obliuionē: respondebo ei uera quæ sunt dicitq; necessaria. Nos Valeri multa alia & necessaria sunt quæ prohibeant deponentes ipsos arma sub uobis esse, tria uero maxima & apertissima. Primum quidē quod obiicientes nobis ipsi tanq; deliquerimus, uenitis ad nos, & in partem beneficij putatis tradere uos nobis reditum. Deinde quia nihil declaratis aduocantes ad reconciliationes, quibus eas iustis aut humanis perficiamus conditionibus. Postremū uero quod quęcunq; polliceamini, eorum nobis firmū est nihil: sed uerba dantes nobis sæpe, decipientesq; perseuerastis. dicam enim separatim de unoquoq;, incipiens à iusto: nam & priuatim & publice dicentes, à iusto opus est incipere. Nos igitur si ulla in re uos læsimus, nullam poscimus securitatem aut obliuionē: non enim esse participes postulamus adhuc uobiscū urbis, sed quò nos fatū ducet aliquando permanebimus, fortunæ nosmet Genijsq; permittentes ducibus. Si uero læsi nos ab omnibus uobis, coacti sumus fortunā in qua sumus tentare, cur nō fatemini mali ipsi erga nos, ueniæ obliuionisq; indigere? sed quam petitis, nunc dare dicitis: & qua quæritis liberari ira, tanq; eam remittentes, magniloqui prædicatis, confundentes ueritatis naturā, peruertentesq; iustorum dignitatem. Quod non igitur læsi ipsi, sed lædentes uos plebem, cuius multa in uos magnaq́ue sunt beneficia, partim de libertate, partim de principatu, haud pulchras ei retulistis remunerationes, discite. Incipiā enim à rebus, quas uos quoq; scitis, sermonem. Et per deos si quid dicam falsi, minime perferatis, sed q; primum redarguite. Fuit nobis à principio dominatus unius, qua utentes forma Reip. patres nostri usq; ad septimam perseuerauerunt generationē: perq; omnes hos principatus nulla unq; in re populus imminutus est à regibus, minimeq; omniū ab ultimis. transeo q; multis magnisq; fruebatur bonis ex eorū principatu. præter cæteras enim cultiones, adulantes ipsi ei peculiarem sibi esse, uobisq; inimicū, uolebāt: quod omnes faciūt qui tyrānice educūt potestates. uincentes aūt bello diuturno Suessam urbē felicissimam, cū liceret eis participē facere prædæ neminē, sed habere eā ipsos, superareq; diuitijs reges omnes, minime uoluerūt: sed ferentes ipsi, in medium posuere omnia emolumēta: ita ut nos, præter mācipia & pecudes resq; alias multas & bonas, quinas argēti minas in uiros singulos receperimus. Quibus tamē rebus neglectis, postq; tyrannice utebant potentia: nō in nos illi, sed in uos: ægre ferētes ipsi quæ fiebāt, à beniuolentia regū desciuimus, uobisq; adhæsimus. insurgentesq; in eos uobiscū, & qui in urbe, & qui in exercitu, eos expulimus: auferētesq; ab eis imperiū uobis apposuimus. quod quidē ipsum cū sæpe licuisset nobis ad eiectos transferre, magnis cū muneribus quæ offerebantur, fidem erga uos fallere minime sustinuimus: sed multa bella magnaq; & assidua propter uos exhausimus, & usq; in hūc decimū iam & septimum annum conterimur cū omnibus hominibus pugnātes pro cōmuni

Tria à Plebe legatis obijciuntur

Nota de origine iuris Ro.

libertate.ac incõstituta adhuc Rep.ut in subitis mutationibus solet, cũ duabus illustrissimis Etruscorũ urbibus, Tarquiniis & Veiis, uolẽtibus magno exercitu reges restituere,periclitantes ipsi pauci aduersum multos pugnauimus,maximãq; ostendẽtes alacritatẽ,prælioq; uincentes aduersarios repulimus: superstitiq; consuli seruauimus imperiũ. neq; multo post Porsenam Etruscorũ regẽ,postulantẽ ipsum quoq; restitutionem exulũ, & collectis ex Etruria omni uiribus,quas ipse ductabat,& aliis multo ante ab exulibus cõparatis urgentẽ,non habẽtes nos uires æquas,ac propterea concluſi in obſidionẽ inopiãq; consiliũ,& omniũ rerum penuriã,dũ omnia sustinemus grauia,abire amicũ coegimus.Postremo tertiũ eis reditum parantibus Latinis, adducentibusq; triginta urbes, cũ uideremus uos orantes cõplorantesq; & unosquosq; inclamãtes, sodalitatesq; & educationes & cõmunia certamina cõmemorantes,nõ sustinuimus uos deserere:atq; putantes pulcherrimũ clarissimũq; certamẽ id fore,quod pro uobis susciperetur,aduersum grauia terribiliaq; iuimus, maximũ iam illud periculorũ paruipendentes:in quo multa accipiẽtes uulnera,multaq; amittẽtes corpora cognatorũ & sodaliũ & cõtubernalium,hostes uicimus,ducesq; eorũ interfecimus,cognationẽq; deleuimus omnẽ regiam.Quæ igit̃ ad liberandos uos tyrannis exhibuimus,supra uires promptitudinẽ in id nostram ponentes,neq; magis necessario,q̃ per uirtutẽ,hæc sunt.Quæ uero,ut honos uobis haberetur, imperaretisq; aliis,& quæ ad cõparandã potentiã maiorẽ q̃ à principio æstimatã, iam audite:& ut mihi aduersemini,si alicubi diuertã orationẽ à ueritate,quod & incipiens dixi,memoria habetote. uobis enim postq̃ uisa est securitas libertatis firma,nõ suffecit in eo manere:sed in audaciã,resq; nouandas euntes,inimicaq; forsan omnia existimantes quæ libertatẽ amplecterentur: & aduersum omnes homines paulominus bellũ intẽtantes,in has omes periclitationes,& ex cupiditate certamina,oportere abuti nostris corporibus existimastis. Quot aũt urbes gerentes uobiscũ per se pro libertate bellũ,aut duas simul,nos alias affligentes acie,alias oppugnatione capiẽtes,subiectas uobis reddiderimus,transeo. quid em̃ opus est paulatim dicere actiones quasq;, habente tantã orationẽ copiã? at Etruriam omnẽ in duodecim principatus diuisam,magnaq; terrestri potẽtia,magnaq; maritima abundantẽ,qui fuere acquirẽtes, dictoq; audientẽ uobis eã facientes? Sabinos quoq; gentem tantam,quibus cũ erat uobis semper de principatu certamẽ, quod nã uobis auxiliũ præstitit,ut nõ uobiscũ amplius de æquo iure cõtendant? quid & Latinorũ urbes,nõ illæ tantũ magnitudine se extollẽtes potentiæ, sed q̃ etiam iustiora postularẽt,magnifice de se sentientes,qui fuere reddentes uobis eas seruas? ac cogentes deprecabũdas ipsas populationẽ agri euersionẽq; urbium,ad uos cõfugere? Prætereo alia in quibus nondũ dissidentes à uobis,& ipsi quidẽ participes aliqua tenus de spe imperij periclitati sumus. Verũ ubi iam clare principatũ in tyrannidẽ cõuertentes,& tanq̃ seruis utentes nobis,

deprehensi

deprehensi estis,nec nos eadē mente amplius erga uos perstantes, subiecta interim prope omnia defecere,principibus defectionis Volscis,sequētibusq; eos Equis,Hernicis,Sabinis,alijsq; pluribus.uisumq; eis est aptius tempus nullū,q; si uolētibus nobis liceret,ut alterutrū de duobus facerent,aut dissoluerent principatū uestrū,aut in reliquū modestiorē redderēt. meministis ne in quā ueneritis de imperio desperationē,& ut in extrema fueritis desolatione? siue nobis bellū uobiscū minime suscipientibus,siue iræ quoq; indulgētibus,& ad hostes diuertētibus, & quātas preces pollicitationesq; feceritis? quid igit ipsi humiles,& à uobis cōtumelię habiti,tūc fecimus uicti precibus pollicitisq; credētes,quæ hic optimus Seruilius tūc Consul plebi afferebat? Nihil ueterū nos malorū reminiscentes aut obijciētes uobis,atq; optima de futuro sperātes exhibuimus nos uobis:breuiq; omnia hostilia repressimus, captiuos ad uos multos adducentes,& prędā pulchrā.Pro quibus qualē nobis gratiā retulistis? iustā scilicet dignamq; periculis. q; multū abest:mētiti estis pollicitationes quas facere consulē pro Rep. iusseratis:huncq; cōsulem ipsum optimū quo ad fallaciā abusi eratis,triumphorū expertem feciſtis,uirū maxime omniū digniſſimū qui hoc honore potiret:nec ullius rei alterius causa hanc ei apponētes contumeliam,q; quod uos iusta,ut polliciti eratis, facere postulabat, perspicuusq; erat ægre ferens eā elusionē.Nuper aūt(hoc em adijciens adhuc,de iusto finē orationi faciā)cū Sabini Equiq; & Volsci, una omes sentētia,& ipsi in uos insurrexere,& sunt alios cohortati:an nō ad nos humiles & inanes homines uenerabiles ipsi graueq; confugere coacti estis,nobis omnia ꝓ salute uestra pollicētes? Ac ne nos rursus fallere uidere mini,quod sæpenumero feceratis, uelamē uobis quoddā fallaciæ M. Valeriū populariſſimū hunc uirū inueniſtis.cui nos credentes,tanq; utiq; nō fallendi à dictatore,& eo cōmodo erga nos uiro,suscepimus uobis etiā hoc bellum,inimicosq; uicimus,neq; parua,neq; pauca,neq; obscura sustinētes discrimina.Celerius aūt spe omniū sortiente finem bello pulcherrimū,tantū à gaudendo abfuistis,& habenda magna plebi gratia,ut inuitos nos in armis detinendos adhuc sub signis æquū esse censueritis,ut promissa præteriretis, ut erat uobis à principio cogitatū. nō sustinente aūt fallaciā uestrā hoc uiro, neq; pudorē rei,sed inferente in urbē signa,dimittenteq; copias ad propria, inuenta causa q; non recte feciſſet hic uir,cōtumelioſi in eū fuistis sponsionū q; nullā ipsi seruauistis:sed inique in re eadē peregistis tria maxima,dignitatem Senatus soluētes, & huius uiri uiciantes fidē, ac pro meritis infructuosam nobis faciētes laborū gratiā.Hęc igitur multaq; dicenda habentes alia his similia,haud sane ęquū ducimus patricij nos ad precandū supplicādūq; uobis cōuerti, neq; tanq; grauibus perpetratis sub impunitate obliuioneq; reditū accipere.neq; tamen disputari in præsentia de his subtiliter oportere ducimus,quandoquidē de cōcordia disputaturi cōuenimus:sed negligentiæ obliuioniq; tradētes ista ferimus.qua de causa aūt legati missi estis,quorūq;

indigẽtes ueniſtis,cur nõ aperte dicitis? qua in urbẽ ſpe redire nos æquũ du citis,quã uiæ ducẽ fortunã capientes,quaúe ſuſcipiendos ipſos æquanimita te aut gratia? Nihil em̃ uos hucuſq; humanũ aut cõmodũ porrigentes audi uimus,nec honores,nõ magiſtratus,nõ inopiæ correctiones,neq; aliud ſim/ pliciter quicq; prorſus. atqui decuit,nõ quæ facturi eſſetis,ſed quæ feciſſetis dicere,ut accepto iam aliquo opere à beniuolẽtia proficiſcente,talia etiã fore reliqua cõiectaremus. puto aũt reſponſuros eos ad hæc, ueniſſe ad nos po/ teſtatẽ habentes duces de om̃ibus, adeo ut quãdocũq; alteri alteris perſua/ deant id ſit futurũ ſtabile. ſint uera iſta,fiant illis cõſentanea,nihil contradi/ co. Volo aũt quæ futura poſt hæc ſint,ab eis diſcere.cum dixerimus nos qui bus conditionibus reditũ fieri æquũ cenſeamus,ſintq; eæ conceſſæ, quis erit ſponſor fœderũ nobis. ac cui credentes nos cautioni,ponemus arma de ma nibus,in eorũ poteſtate rurſus noſtra cõſtituentes corpora. Vtruḿne Sena tus decretis,de his cõſcribendis,nõ utiq; conſcriptis? & quid em̃ prohibebit alijs decretis irrita priora fieri,quoties Appio ac cõſpirantibus cũ eo appare at? an legatorũ dignationibus,qui ſuã ipſorũ interponant fidẽ? at nos illi p hos uiros antea decepere.an per deos ſponſionibus quæſita ab his per iuſiu randũ fide? minime: ſed ſupra omnẽ humanã fidem hãc timeo, quã uideo ab ij; qui erãt in principatibus contemptã. & inuitas cõuentiones imperare uolentiũ,cũ eis qui ſibi libertatẽ uendicant, nõ nunc primũ, ſed ſæpius iã di/ ſcens ſcio,tã diu uim habere,q; diu neceſſitates earũ uincunt. Quænam igi/ tur amicitia talis & fides,in qua colere nos inuicẽ præter ſententiã cogimur, utriq; tẽpora obſeruãtes idonea? ſuſpicioq; interim,poſtq; calumniæ inui/ cem,cõtinue inuidia, & odiũ,omniſq; alia malorũ ſpecies, magnumq; inter ſeq; certamẽ,utri perdentes aduerſariũ præueniãt, quaſi poſito in dilatione piculo paria patiẽdi. bello uero ciuili,quod om̃es ſciũt,nihil peius:in quo ui/ cti infeliciter,& uincẽtes iniuſte agũt:& his quidẽ p̃di accidit ab amiciſſimis, illis uero amiciſſimos p̃dere. Ad tales igit̃ caſus & calamitates haud optan das ne nos patricij aduocate,nec nos uobis pareamus plebeij:ſed ut ſecreuit nos fortuna tandẽ cõtenti ſimus.ſine nobis urbẽ totã poſſidentes iſti ac bo/ nis cæteris fruantur ſoli, plebeios humiles ignobilesq; patria eijcientes. Ipſi uero demigremus, quò nos aliquando ducet numen, alienum locũ non pa/ triam relinquere exiſtimantes. nulli enim noſtrum relinquitur hic ſors agri, aut paternũ domiciliũ, aut ſacra cõmunia: non dignatio ut in patria,quibus complexi adhuc,præter ſententiã manere cuperemus.ſed nec ſaltẽ corpori/ bus cũ armis relinquit̃,cumq; multis laboribus libertas:quandoquidẽ bella multa rerum noſtrarum aliqua corrupere: alia uero quotidiana abſumpſit neceſſariorũ penuria: alijsq; priuati ſumus his ſuperbis fœneratoribus:qui/ bus poſtremo cogimur,ó rem miſerã,noſtros agellos colere,fodientes,con/ ſerentes,arãtes,paſcentes greges,ſerui quæſitis bello mancipijs eorũ ſimiles, alij catenis nexi, alij cõpedibus,alij tanq; diriſſimæ ferarũ collaribus ferreis & ignitis. Verbera aũt & imperia,flagellaq; & labores de nocte in noctem,

omnem q̄ aliā crudelitatem & ſuperbiā & contumeliā quā tōleramus ſino, tantis igitur talibusq̄ liberati malis per numen, omni ſtudio, proq̄ uiribus quæ cuiq̄ adſunt, fugiamus ab iſtis læti, fortunā deūq̄ nos ſeruantē ducem uiæ facientes, & patriā exiſtimātes libertatē, atq̄ diuitias uirtutē. omnis em̄ nos ſuſcipiet terra ſocios, partim immoleſtos futuros ſuſcipientibus, partim uero utiles. Exēpla nobis horū fiāt Græci multi, plurimiq̄ barbari, maximē q̄ ex om̄ibus maiores noſtri. quorū quidē alij cū Ænea cōſurgentes ex Aſia in Europā in Latinorū regione urbem condiderūt. alijq̄ poſtea exurgentes Alba deducente Romulo Coloniā, in his locis erexerunt eā quæ nunc à nobis relinquitur. Adſunt enim nobis uires nō paruo tantū maiores q̄ illis, ſed triplo etiā: & adeſt cauſa migratiōis iuſtior. nā qui Ilio ſunt profecti, expellebant ab hoſtibus: hinc nos aūt ab amicis: miſerabiliusq̄ eſt quodāmodo à domeſticis q̄ ab alienis pelli. ac qui cū Romulo ſuſcepere militiā, ut poſſiderent meliorē agrū patrias neglexerūt: nos aūt uitā ſine urbe ſineq̄ domicilio relinquētes, neq̄ deis inuidioſam, neq̄ hominibus moleſtā, neq̄ terræ ulli grauē deducimus Coloniā. ſed nec per ſanguinē, perq̄ ciuiles cædes ad eos euntes qui nos abegere, neq̄ igni ferroq̄ uexantes relictā terrā, neq̄ aliud memorabile exemplū perpetuæ relinquentes inimicitiæ: ut eſt deceptis gētibus, & in nō uoluntarias cōcluſis neceſſitates, mos agendi. ſed deos Genioſq̄ qui mortalia omnia ad iudiciū ducunt obteſtantes, relinquētesq̄ illis exigendas pœnas, illud ſolū poſtulamus: ut quibus noſtrū ſunt in urbe filij infantes, & patres, & ſi uxores nobis aliquæ uolēt eſſe fortunæ ſociæ, hęc corpora accipiātur. ſufficit enim hoc nobis, nec plus aliquid rogamus ex rebus patrię. ſed agite feliciter, uitamq̄ uiuite quācunq̄ elegeritis, ita ipſi inciuiliter & inſocialiter de humilioribus ſentiētes. Brutus igitur talibus dictis ſiluit. aſtantibus aūt, & quæcunq̄ de iuſtis dixit, uera eſſe apparuere, necnō quæcunq̄ de ſuperbia Senatus accuſauit: maximeq̄ ea in quibus ſecuritatū conuentionē plenā doli fallacięq̄ demōſtrauit. Vbi uero cōtumelias tandē percurrit, quibus affecti erant à creditoribus, & ſuorū malorū quiſq̄ reminiſcebatur: nemo erat tā duro animo, ut nō diffluēret in lachrymas, deploraretq̄ calamitates ſuas. neq̄ hoc eis tātū accidebat, ſed & miſſis à ſenatu. neq̄ em̄ cohibere lachrymas legati poterāt, cogitantes ex hac adminiſtratione urbis infelicitates: multūq̄ tranſijt tēporis per qd̄ deſoluti lachrymoſiq̄ ſteterūt, dubitātes qd oporteret dici. Verū ubi cōploratus multus deſijt, tenuitq̄ cōcionē ſilentiū, progreſſus eſt excuſaturus, ut præcellere uidebat alijs ætate ac dignitate, T. Largius: qui bis iā fuerat creatus Cos. dictatoriaq̄ poteſtate uſus, unus omniū hominū præclariſſime ſacrū plenumq̄ uenerationis exiſtimari fecerat inuidioſum magiſtratū. inijciensq̄ ſermones de iuſto: partimq̄ aliqua creditoribus obijciēs, ut crudelia inhumanaq̄ peragentibus: partim quoq̄ attingēs pauperes, tanq̄ iuſta nō poſtulantes, ui ſcilicet ſe potius liberari ære alieno q̄ gratia: & ut nō recte Senatui iraſcentes, q̄ ab eo moderati

nihil

nihil impetrassent,potius quàm fontes demonstrare conantes. paruã enim partem plebis ex sententia delinquentem esse ob magnitudinẽ paupertatis coactam remissionẽ petere: maiorem uero intẽperantia & cõtumelia ad uoluptariam uitã deditam,& per raptum alienorũ inseruire cupiditatibus suis parantem.ac discerni putans oportere à miserabilibus praua, & ab eis quæ indigerent humanitate,digna odio:talesq; sermones prosequens,ueros quidem,sed nõ omnibus audientibus gratos, minime persuasit. sed erat multũ de uno quoq; dictorũ murmur:& aliorum indignationes,tanq; eo dolores cruentante:aliorũ uero consensus,tanq; nihil eo ueri occultante. erat tamen multo minor pars hæc q; altera,ita ut obscurarentur admodũ: eminebatq; indignantiũ clamor. pauca uero his addente adhuc Largio,& obiurgãte in surrectionẽ eorum,petulantiamq; consiliorũ, suscipiens sermonẽ præsidens
Sicinius plebi Sicinius adhuc magis exasperauit iras eorũ: dicens q; ex his maxime sermonibus discere possent,quales honores,qualesq; eos gratiæ susceptura esset redeuntes in patriam. quibus enim existentibus in periculorũ culmine,& auxilio indigentibus plebis,& ea causa uenientibus,ne nunc quidẽ moderati & humani sunt sermones: quæ uidet mens futura,quando eis ad uotum res cedent, fientq; dicta nunc contumeliose operibus quoq; obnoxia? qualis eos detinebit superbia? quæ malignitas,crudelitasq; tyrannica? sed si uobis quidem sufficit seruire totum uitæ tempus, nexos,flagellis cęsos,igne,ferro, fame, omniq; alia lue perditos, ne tempus terite: sed abiectis armis, tendentes manus, eos sequimini. si uero inest uobis aliquod libertatis desiderium,ne istos quidẽ sustinete. Ac uos legati,aut dicite quibus conditionibus ipsi nos aduocatis:aut nõ dicentes,abite è concione: non enim uobis faciemus amplius dicendi potestatẽ. ut autẽ siluit,tumultuarũt pauperes,tanquam locuto opportuna ei assentientes. dehinc q; secuta quiete, Menenius Agrippa qui de plebe etiã antea in Senatu uerba fecerat, & ut legatio cum autoritate mitteretur,causa fuerat præcipua,significauit se uelle loqui. quod illis quoq; ad uotum apparuit,opinatis sermones tandẽ se tunc ueros de cõuentionibus audituros,& habentes sententias utriq; ipsis salutares. ac primum uoce infremuerunt magna,omẽs dicere eũ iubentes: deinde quieuere, tantũq; obtinuit concionẽ silentiũ,ut nemini eum locũ mutare placuisset solitudine. ille aũt cũ in cęteris lepide quantũ fieri poterat, probabilibusq; uti uisus est sermonibus,& ad sensus audientiũ excogitatis: tum uero in ultima oratione dicitur Æsopeo more fingens fabulam quandam intulisse, rebus ipsis simillimã, hacq; maxime ipsos cepisse. unde etiam memoria dignatur oratio, & habetur apud omnes ueterum historias: fuerunt autem ab eo dicta huiusmodi. Nos missi sumus à Senatu uiri plebeij ad uos,nõ excusaturi
Oratio Menenij Agrippæ eum,nec uos accusaturi. non enim sunt hæc huius temporis nec uidentur detinentibus Remp. casibus utilia.sed dissoluturi uenimus omni cum promptitudine industriaq; seditionẽ,restituturiq; Rempublicam in ornatum pristinum

ſtinum,habentes ad hoc poteſtatē abſolutā. ita non opus eſſe pūtemus per iuſta,quod quidem Iunius hic fecit,in longum orationem extēdere.quibus autem humanis potius oporteat ſeditionem ſolui,& quæ fides ſit futura cō uentiones noſtras firmās,de his ipſis quæ cognouimus,dicemus uobis. Cogitantibus enim nobis,quod ſanaret tolleretur ſeditio omnis ex urbe,ſublatis & cauſis quæ ſimultates exhibent,neceſſarium uiſum eſt præcipuas,ac miniſtras ſeditionis cauſas cognoſcere & cohibere. inuenientes abruptas nimis mutuaticæ pecuniæ exactiones,præſentium malorum cauſam,ita eas corrigimus.debentes quidem pecuniā,nequeuntes diſſoluere,liberari eos ſolutione cenſemus æquū:ac ſi corpora iam aliquorū,prefinito tempore legitimo detinēt,ipſa quoq; iudicamus eſſe libera:& quicunq; capti iudicijs, rem ſuā condēnationibus tradiderint,hos quoq; liberos eſſe uolumus,damnationes eorū tollimus, irritas facimus. ac ſic igitur præteriti temporis contractus,qui nobis afferre uiſi ſunt ſeditionē,corrigimus. futuri uero deinceps quemadmodū plebeij uobis Senatuiq; cōmuniter cōſultantibus uidebitur, lege quoq; ſanciente,ita illi ſe habeant. an non iſta erant ſegregantia uos à patricijs plebeijq; iſtis potiremini,ſufficere uidebatur uobis,nec ullum aliud optabatis.Ea uobis nunc dantur. Abite iam gaudentes in patriā: quænam uero firmatura ſit has conuentiones fides,ſecuritatēq; uobis præbitura, erunt omnia legitima conſuetāq; finiētibus inimicitias. decernet em hæc Senatus, uimq; legis ſponſionibus ſcribendis dabit.imò uero ſcribant à uobis hic decreta,parebitq; eis Senatus. q; aūt certa uobis maneant hæc nunc conceſſa,neq; poſtea aduerſans eis à Senatu aliquid inferatur: primū quidem fideiuſſores erimus nos legati, dātes uobis corpora & animas,ſtirpem q; noſtrā pignora:deinde cæteri ſenatores,quicunq; conſcribentur decreto. nunq; enim ſcribetur aliquid aduerſus plebem inuitis nobis, qui principes Senatus ſumus,ac primi noſtras ipſorū ſententias ante alias declarantes.ultima uero omnibus hominibus fides Græcisq; & barbaris,quā nullū unq; delet tempus,eſt quæ per iuſiurandū & fœdera ſponſores facit cōuentorum deos:ſub qua multorū priuatorū inimicitię paruę,multa urbibus bella aduerſum urbes durantia ſunt cōpoſita.& hanc fidem ſiue accipiatis, ſiue paucis pmittitis Senatus ducibus de omni uobis Senatu dari iuſiurandum, ſiue uultis S. Conſulto aſſcriptos iurare omnes per ſacra,ſe ſeruaturos conuenta,dextrasq; uultis & ſponſiones & fidem quę per deos fiat:nec tu Brute criminare, neq; deſtrue pulcherrimū humanorum ſtudiorū, neq; ipſi dicente tolerate impiorum hominum tyrānicorumq; improbitates, à quibus longe abeſt Romana uirtus.unā adhuc dicens,nemini incognitā aut dubiā, finem faciā. ea uero quænam eſt? ipſa ſcilicet quæ cōmune cōmodum inducens,& utrasq; inuicē partes ſeruari faciens,cōcordia prima & ſola nos in unum idēq; cōducit, neq; ſinet unq; ſegregari. eget enim nunq; q; egere deſinet principatu prudēti,indocta multitudo. Qd aūt ductare poſſit ſenatus

S.C. de Nexis

De fide cautio

parere

parere uolentem turbam, non nos opinione tantũ, ſed experimẽto ſcimus. quid igitur impedimur nos nobis negotium mutuo faceſſentes, & ſermões loquentes prauos, qui res utiles habemus in manibus, ac non nos ipſi patefacientes, manuſq; inter nos coniungentes in antiquam abimus patriam, delectatiõem iucũdiſſimorũ, deſideriumq; omniũ recuperaturi dulciſſimũ, ſed quærimus cautiones inauditas & infidas fides, tanq; inimiciſſimi omĩáq; ſuſpicãtes in peius. Nobis enim ſenatoribus plebei unica fides ſufficit, ne ſitis unq; in nos mali ſi reditis, educationes ueſtras ꝓbas ſciẽtibus & ſtudia legitima, uirtutesq; cæteras, quas ſæpius bello, pacéq; oſtendiſtis. ſiq; propter neceſſitatem fidei, ſpeiq; contractus correctionis publicæ potiantẽ, cætera credimus uobis futura bona, nihilq; indigemus iuramẽtis, neq; obſidibus, neq; fide ulla alia à plebe, uobis quidẽ ad nullũ ipſi poſtulatorũ aduerſaturi. & ad fidem, quã in nobis criminari uiſus eſt Brutus, hæc ſatis. ſi uero inuidia inſidet uobis aliqua nequaq; iuſta, ſentire male uos de Senatu ſuadens, uolo etiã ſermonẽ de hoc habere plebeĩj: & me per deos quieti attẽtiq; audite. Eſt ciuitas humano corpori perſimilis. nam cõpoſitũ eſt utrumq; ex multis partibus, nec in eis uim eandẽ pars quæq; habet, neq; uſus pares exhibet. Si igit ſenſus proprios uocesq; ſeorſum ſingulę humani corporis partes capiãt: deindéq; incidat inter eas ſeditio, coeũtibus partibus cæteris aduerſus uentrem, dicantq; pedes quidẽ incũbere ſibi, ferréq; ſe totũ corpus. manus aũt exercere ſe artes, acquirere neceſſaria, pugnare cũ hoſtibus, multáq; alia commoda in cõmune exhibere. humeri uero, ꝙ onera omĩa ſuper ſe ferant: os ꝙ loquatur: caput ꝙ uideat & audiat, cæteros q; cõprehendens ſenſus omnes habeat, per quos ſeruatur totũ. deinde dicant ad uentrem, qd & tu horũ facis, ó frugalis? aut quæ tua eſt nobis gratia & uſus? imò tãtum ab agẽdo abes, dirigendaq; nobis cõmuni utilitate, ut etiã officias & cõturbes, rem intolerabilẽ cogens, ſumminiſtrare & ferre omĩa nos undiq; ad repletiones cupiditatũ tuarũ. age cur nõ uſurpamus nobis libertatẽ, multisq; exoluemur moleſtĩjs, quas huius cauſa ſuſtinemus. Si hęc itaq; uideant eis, nullumq; amplius officium ſuum agant, eſtne cauſa cur durare diu poſſit corpus ipſum, ac non intra paucos dies peſſima mortium abſumatur fame. non habet ſane aliquis quod poſſit in contrarium dicere. Hoc modo etiam exiſtimate de ciuitate. Multę enim ſunt hanc quoq; complentes gentes, nihilq; inter ſe ſimiles, quarum quæq; propriam aliquam præbet Reip. tanq; membra corpori, utilitatem. Alĩj enim agros colunt, alĩj de eis certant aduerſus hoſtes, alĩj mercaturam exercentes, multa afferunt ex mari cõmoda, alĩj aũt neceſſarias exercent artes. Si uero omnes iſti à conſilio quod ex optimis conſtat, diſſideãt ac dicant: tu quidem nobis conſiliũ, quid facis boni? & quibus cauſis æquũ cenſes imperare te cæteris, nihil emĩ haberes quod diceres: deinde cur non hac tyrannide tua nos liberamus, ſineq; duce tandem aliquando habitemus. Si igitur hæc cogitantes, deſiſterent à conſuetis ſtudĩjs,

Aeſopi Apologus

quid

quid hanc malam ciuitatē male prohiberet perdi,fame,bello, calamitatēq; omni alia? Diſcentes igitur, quod quemadmodū in corporibus noſtris improbe obiurgatus uēter à multis nutrit corpus,ſeruatq; ſeruatus, & eſt quædam communis omnium utilitas,cauſamq; perennitatis exhibens: ſic & in urbibus adminiſtrans omnia & conuenientium cuiq; prouidens Senatus ſeruat omnia cuſtoditq; & corrigit,deſinite inuidioſas in eum iactantes uoces,tanquam patria per eum eiecti,errabundiq; & pauperes peragretis. nihil enim in uos egit nec acturus eſt graue,ſed uos ipſe uocat,& rogat,& manus expandens uobis, unà cum portis excipiet. Talia dicente Menenio multæ uariæq; per contionem totam uoces ab aſtantibus emittebantur. Vbi uero finem fecit,conuerſa eſt in complorationem contio, & quæ eſſent detenturæ qui in urbe erant, & quæ expulſos calamitates:& utrorumq; deflebant uicem,lachrymæque ab omnibus diffundebantur: unoq; clamore omnes conſentientes exclamarunt, ut ſe in Vrbem adduceret, nec tempus tereret,breuiq; admodum interuallo abituri è contione erant, legatis omnia permittentes,nihilq; aliud de cautione tractantes,ni procedens Brutus eorum impetus compeſcuiſſet:pulchre quidem plebi cætera habere dicēs, quæ Senatus pollicebatur,magnamq; ei habendam gratiam conceſſorum iudicans:timere tamen omne tempus ſe dicens,& aliquando rurſus tyrannicos uiros,ſi accideret,ut hæc geſta populo obiicerēt. Vnam uero ſecuritatem timentibus ualidiorem cæteris hanc ſolam eſſe,ſi hoc eis clarum fieret, quod uolentibus plebeios lędere,non affutura eſſet poteſtas. donec enim poteſtas eſſet agendi praua,non deſerturam eſſe malos uoluntatem. hac ſi ipſi potirētur ſecuritate,nihil amplius eis defore. Subiiciente autem Menenio ac iubente cautionem dicere,cuius adhuc indigere exiſtimaret plebem: concedite inquit nobis magiſtratus creare corporis noſtri aliquot quotannis:qui nullius quidem rei alterius ſint domini, quàm ut plebeijs læſis,aut ui adhibita ſint auxilio,neq; ſināt ſuo iure priuari quenquā. hoc enim quæſumus & rogamus,pręter cætera quæ dediſtis:ſi non uerba ſunt, ſed opera, reconciliationes uos dare nobis & largiri. quo audito,plebs clamore multo diuq; durante laudauit uirum:hortabaturq; legatos,ut hoc etiam ſibi concederent. legati autem diſcedentes è contione atq; pauca inter ſe collocuti, rediere poſt nō multo: factoq; ſilentio,Menenius progreſſus dixit. res hęc quidem plebeij magna multisq; plena ſuſpitionibus, timor autem nos inuadit ne ex una ciuitates duas aliquando faciamus. quantum tamen in nobis fuerit,nequaquam ueſtris precibus aduerſabimur. ſed hoc nobis largiamini,quod eſt quidem in rem ueſtram:permittite noſtrum aliquibus euntibus in Vrbem hæc Senatui clara facere. Etſi enim poteſtatem habemus quoquo uelimus modo reconciliationes perficiendi noſtræq; ipſi autoritatis pollicitationumq; domini: non cenſemus tamen æquum nos hanc poteſtatē aſſumere. ſed quādo præter opinionē hoc nobis nouumq; occurrit,

Origo Tribunorum plebis

adimentes nos nobis potestatem propriam,afferentesq; Senatui reponē/
mus:confidimus tamen illi quoq; eadē uisum iri quæ nobis. ego igitur hic
manebo,parsq; mecum legationis aliqua. Valerius autem, & cum eo reli/
qui,legationem peragent.sunt hæc approbata,ascendentesq; equos hi qui
ituri erant,studio adhibito profecti sunt in Vrbem relaturi Senatui quę fie
bant.Potestatem autē dicendi facientibus Senatui consulibus, Valerij qui/
dem sententia erat concedendi plebi hanc gratiam.Appius ut antea quoq;
infestus reconciliationibus,tunc aperte cōtradicebat clamans & obtestans
deos,quantumq; malorum seminis iacturi essent in Remp.prædicens. sed
non multis persuasit constituto iam hoc ipso ut, sicut dictum est, seditionē
tollerent. firmq; dehinc S.C.ut & alia firma essent quæcūq; plebi legati pro/
miserant,& ea quoq; quam petebāt securitas permitteretur. hisq; peractis
legati die postero in castris aderāt,quæ uisa essent Senatui declarātes. post
hoc autem admonente plebem Menenio,ut aliquos ad Senatū mitterent,
quibus fidem daret & acciperet:mittitur L.Iunius Brutus,de quo prædixi:
& cum eo M.Decius & Sp.Icilius:quibus ad Senatum euntibus dimidia
pars legatorum simul cum Bruto & alijs missa est in Vrbē. Menenius au/
tem & cæteri in exercitu remansere, perscribere rogati legem plebi, ex qua
magistratus crearent.dieq; sequenti Brutus cum reliquis aderat,fœderibus
Irenodici feciales cum Senatu ictis per ἱερηνοδίκους quos Romani feciales uocant. diuisa igi/
tur plebs in quatuor ut tunc Phratrias,siue quoquo modo aliquis uelit eas
* appellare,quas Romani curias uocant,magistratus in annum creant,L.Iu/
nium Brutum,Caiumq; Sicinium Bellutum, quos & antea habebant du/
Tribuni primi ces,ultraq; hos Caium Publiumq; Licinios, & C.Icilium Rugā.Hiq; pri/
mi quinque uiri potestatem tribuniciam acceperūt quarto ante idus decem
* bres:ut fit adhuc usq; ad hoc tempus.finitis autem Comitijs uisum est le/
gatis pulchre habere sese ea de quibus missi erant omnia.Brutus uero con/
tionem congregans plebi consuluit,uti sacrū inuiolabilemq; sancirent eum
magistratum lege,iureq; iurando firmantes ei securitatem, uisaq; sunt hęc
Lex de Tribunis omnibus.Scribiturq; ab eo & collegis lex talis. Tribunū inuitū tanq; unū
è multis nemo ullū cogito agere,neq; uerberato,neq; alteri ut uerberet im/
perato,neq; occidito,neq; occidi iubeto.Si quis autem prohibitorum horū
aliquid fecerit impius execrabilisq; esto, bonaq; eius publicanto ad sacra
Cereris.& qui aliquem hæc agentium occiderit,cædis expiatus esto. ac ne
fiat potestas deinceps Populo abrogandi hāc legem, sed in omne tempus
reliquum immobilis permaneat,sit statutum Romanos omnes iurare no/
bis per sacra,hac se lege ipsos,& eorū posteros usuros esse perpetuo:prexq;
adiecta sit iuramento:stabilientibus legem ipsam deos esse propicios cœle
stes Geniosq; & Manes: Transgrediētibus uero numina aduersa fieri,tan
quā maximæ pollutioni obnoxijs.Ex hisq; cōstitutus Romanis est mos,
sacrosancta esse Tribunorum corpora,qui & hucusq; durat.Post hæc autē
decreuere

decreuere,ut in iugo montis ubi castra habuerant ara extrueretur,quam ex obtinente eos tunc metu nominarunt(ut patria eorum lingua significatur) Iouis metum soluētis.cui perfectis sacrificijs suscipientemq; se locum sinen * tes, descenderunt in Vrbem simul cum legatis. offerentésque deis in urbe grata munera, suadentesq; patricijs, ut magistratum suffragijs sancirent, ubi ab eis hoc quoque impetrarunt, petierunt à Senatu ut permitteret sibi binos uiros quotannis plebeios creare, sumministrantes tribunis omnia quorum indigerent, iudicantesq; eas causas, quas ipsi eis permitterent, ac sacrorum publicorumq; locorum, & affluentiæ forensis curam habituros. quo etiam à Senatu concesso,uiros duos creauere,quos ministros tribuno/ rum & collegas iudicesq; uocauerūt. Nunc tamē isti sermone eorū gentili/ cio ab officio ipsorū uno Ædiles .i. sacrorū locorū curatores uocantur.sum/ ministratiuamq; potestatē alteram habēt quoq; sicut prius,suntq; eis per/ missa multáq; & magna. similesq; illi quodāmodo sunt in plurimis apud Græcos ἀγορανόμοις. Vbi uero constitutæ sunt res eis, & antiquum orna/ tum iterum resumpsit ciuitas,deligitur ad externa bella à consulibus exerci tus,multa plebis cum promptitudine,breuiq; ea tempore opportuna om/ nia ad bellum perficiente. sortientibus autem eis,ut mos est, potestates, Sp. Cassius cui sorte obtigit cura urbis,partem accipit collectarum uirium quanta sufficiebat. Posthumiusq; Cominius reliquum exercitum eduxit, Romanorum ipsorum partem quidem idoneam, Latinorumq; socialem etiam nō exiguam .statuensq; Volscos primos aggredi,urbem eorū Lon/ gulam ex inuasione occupat, uolentibus qui in ea erant uirtutē sibi aliquā uendicare,emittentibusq; exercitum quendam campestrem, quo se arcere posse aduenientes credebāt,atq; coactis ijsdem turpiter fugere, priusquam clarum aliquod opus ederent,sicq; etiā in oppugnatione nihil eis generosi demonstrantibus. Vna igitur die Romani domini eorum agri sine pulue/ re sinéq; sudore facti,urbem quoq; ui cepere non magno negotio. Consul autem Romanus res omnes militibus diripiendas sinens, imponensq; ur/ bi præsidium, eduxit copias ad urbem aliam Volscorum quæ Polustia di/ citur, nec à Longula multum distat. nemine autem audente ei ire obuiam, peragrata regione multa cum facilitate muros aggreditur. milites autē alij frangentes portas, alij scalis muros ascendentes eadē die fiūt huius quoq; domini. qua recepta paucos quosdam eligens consul defectionis autores securi percussit,ac mulctās reliquos pecuniarum ablatione,armáq; eis adi/ mens,dehinc esse Romanis subiectos in futurum tempus coegit. ac relin/ quens hic etiam partem copiarum paruam præsidij causa,assumensq; die postero cęteros, Coriolos produxit,urbem claram & ut Volscorum metro polim,& ubi manus erat militum collecta ualida,murusq; capi haud faci/ lis,nec non erant opportuna ad bellum multo ante ab incolis præparata. Aggressus igitur muros & oppugnans usq; ad uesperum repellitur à defen

Aedilium Pl. creatio

Longula in Volscis

Polustia

Corioli Vol/ scorum metro polis

soribus, multos amittens suorum. die uero postero arietes crates, scalasq; parans accingebatur, ut ad oppidum totis uiribus tentandum. Cæterum uenturos audiens cum magna manu subsidio Coriolanis Antiatesob cognationem, & iam esse qui mittebantur in uia, diuiso bifariam exercitu statuit dimidia parte eius oppugnare urbem, T. Largium ei præficiens. reliqua autem parte superuenientes arcere cogitabat. fiuntq; duo eodem die certamina, quibus ambobus uicere Romani, prompte omnibus quidē dimicantibus, uno autem uiro uirtutem incredibilem & actiones sermone omni maiores demonstrante. Erat enim patriciorum generis, nec parētum ignobilium, uocabaturq; Cn. Martius, uir in uita quotidiana cōtinens, sensusq; plenus liberi. Fuit autē modus pugnæ utriusq; talis. Largius educens exercitum simul cum die, muris eum urbis appulit multos adsultus faciens. Coriolani autem elati animo ex auxilio Antiatum, quod non multo post affuturum credebant, apertis omnibus portis impetum in hostes faciunt. quem quidem primum Romani excepere, multaq; eis uulnera incurrentibus intulere. deinde autem superuenientibus pluribus inclinabant per decliuia. Quod uidens Martius is de quo dixi, cum paucis perstitit, excipitq; hostium inferentium se cateruam. atq; plures eorum deijciens, postquam cedebant reliqui fugiebantq; ad urbem, insecutus est eos trucidans semper qui in manus eius incidebant, iubensq; fugientes suos conuerti, fideréq; & se sequi. Illi autem erubescentes ex hoc flagitio se rursus conuertūt, inq; oppositos feruntur, ferientes ac persequentes. breuiq; admodum interuallo auertentes quiq; permixtos sibi muris assistebant. atque Martius fidentius iam periclitās multo ulterius procedebat, & ad portas ipsas accedens irrumpit intra muros unà cum fugientibus. irrūpentibusq; cum eo alijs per multas partes urbis, fit cædes utrinq; magna: alijs quidem per compita, alijsq; circum capiendas ædes dimicantibus: auxiliabanturq; incolis fœminæ ferientes è tectis hostes imbricibus, & quāta esset uis cuiq; aut potētia prompte opem ferebant patriæ. neq; tamen multum temporis difficultatibus restitere: sed coacti sunt se dedere uictoribus. Hoc igitur modo capta urbe, alij quidem Romani ad prædam relictorum conuertebantur, multumq; perstitere tempus intendentes emolumentis, cum pecuniæ adessent multę, multaq; mancipia. Martius autem primus ille hostes sustinens, clarissimus Romanorum omniū in oppugnatione ipsa, intra murosq; certaminibus, clarior in secundo certamine aduersus Antiates apparuit. neque enim hac quoq; pugna se carere iustum censuit. sed simul atque urbs est capta paucos sequi ualentes ducens cursu tendit: ac instructas inueniens copias concursurasq; iam acies, primus suis urbem captam nuntiat, signum rei ostendens fumum qui multus ab incensis domibus ferebatur: rogatóq; Consule locum eligit aduersus firmissimam hostium stationem. atq; ubi pugnæ signa elata sunt, primus occurrit hostibus, multósq; obuios interficiens, in

Cn. Martius

Martij uirtus

mediam

mediam legionem sese hostium intrudit. Antiates autem pugna aduersus eum stabili resistere minime sustinuerunt, sed acies ad quas superueniens accesserat relinquentes, perstabant in circuitu congregati, feriebãtq; cedentes ei superuenientem & sequentem. quod ut Posthumius animaduertit, ueritus ne solus hic uir relictus aliquid pateretur, præclaros iuuenum auxilio ei mittit. Hicq; densis constitutis cuneis incurrunt propere in hostes: non excipientibusq; eos hostibus qui in fronte erant, sed in fugam uersis, procedentes ulterius, inueniunt plenum uulneribus Martium, circáq; ipsum mortuos iacentes uident multos ac semimortuos. post hocq; cõmuniter ducem habentes ipsum, contendunt aduersum, perstantes adhuc in acie, occidentes qui expectabant, & ut mancipijs abutentes. digni quidẽ mentione Romani quoq; alij in ea fuere pugna, strenuissimiq; eorum qui Martio tulere opem: supra omnes uero Martius, qui uictoriæ quoq; præcipuus indubitatusq; autor fuit. aduentantibus autem iam tenebris, reuersi sunt Romani in castra, multis Antiatum interfectis, multósq; adducentes captiuos. die uero postera conuocãs Posthumius exercitum, laudationẽ Martij percurrit multam, coronis eum uictoriæ præmijs exornans: remunerationesq; ei referẽs utriusq; certaminis, donauit eum equo bellico ducalibus ornato insignibus, decemq; captiuis corporibus, permittens ei quæ uellet sumere: & argento quãtum ipse efferre posset, & primitijs ex prẽda pulcherrimis. clamore autem exorto magno ab omnibus, tanquam à laudantibus & cõgaudentibus, progrediens Martius se gratiam habere dixit consuli alijsq; omnibus, honorum quibus ipsum dignati essent. sed non se eis tamen abusurum. satis enim futurum equum claritatis insignium gratia: unumq; captiuum, qui ei hospes fuerat. milites autem cum antea uirum ipsum cum delectatione admirarentur generositatis causa, magis adhuc sunt admirati ex contemptu diuitiarum, & quod moderate ferret tantam felicitatem. ex hoc ipse egregio facinore Coriolanus cognominatus, clarissimúsq; omniũ eius ætatis factus. Ac hũc finem aduersus Antiates prælium habuit. reliquæq; Volscorum urbes, & qui cum eis conspirabant, inimicitiam cum Romanis dissoluerunt: ac qui in armis iam erant, & qui bellum parabant, quieuere. quibus omnibus Posthumius clementer usus reuersus est in propria, exercitumq; dimisit. Cassius autem consul alter relictus Romæ ædem Cereris & Liberi Proserpinæq; interim dedicauit, quæ est super Circi maximi terminos, ultra ipsas erecta emissiones: cum uouisset deis eam repositionem pro Vrbe Aulus Posthumius dictator pugnaturus aduersus Latinos, decreuisséq; post uictoriam Senatus extructionem eius omnem ex manubijs faciendam, & tũc opus perfectum esset. Icta quoq; sunt eo ipso in tempore cum urbibus Latinorum omnibus noua fœdera per iusiurandum de pace déq; amicitia: quãdoquidem nil mouere in seditione sunt conati, perspicuiq; facti sunt gaudẽtes ex plebis reditu, & aduersus desciscentes à Romanis

Martij modestia

Fœdus cum Latinis

manis bellum ũnà ſuſcepturi.erant aũt in fœderibus ſcripta talia.Romanis atq; omnibus Latinis urbibus inter ſe pax eſto,donec cœlũ terráq; eũdem habebũt ſtatũ: nec inter ſe bellũ ipſi gerunto, neq; bella aliunde inducũto, neq; bellũ inferentib.ullis tranſitus tutos præbẽto:bellũq; gerẽtibus opem ipſi ferũto totis uiribus,ſpoliorũq;,& prędæ de hoſtibus cõmunibus utriq; æquã ſortiuntor partẽ:priuatorũq; contractuũ iudicia intra dies perficiantẽ decẽ,apud quoſcũq; cõtractus fuerit.His fœderibus nihil addi adimiúe liceat,niſi quod Romanis omnib.Latinisq; uideatur. Hæc inter ſe Romani Latiniq; iurãtes per ſacra ſanxere:decreuitq; ſenatus etiã agendas eſſe dijs gratias de recõciliatione plebis,ſacrificiaq; perficienda, unã diem adijciens Latinis ferijs uocatis,quæ duarũ erãt:primã quidẽ ſacrã faciẽte Tarquinio quo tẽpore Etruſcos uicere,ſecundã uero addente Populo cũ reges eijciens liberã ciuitatẽ fecit.quibus duabus tertia quoq; adiuncta eſt,reditus rebelliũ gratia. patrociniũ aũt & curã ſacrificiorũ quæ in his fiũt atq; certaminũ accepere tribunorũ miniſtri,nunc habẽtes poteſtatẽ ut dixi ædiliciã, ornati ipſi à Senatu purpura & ſolio eburneo,alijsq; inſignibus,quę reges habue
* rant. nõ multo aũt poſt has ferias alter cõſulũ Menenius Agrippa moriẽ, is qui Sabinos uincẽs,de eis clariſſimũ triumphũ duxit:& idem cui perſuaſus Senatus reditũ permiſit exulũ, & cui credens plebs arma depoſuit:ſepelijtq; ipſum ciuitas publice,ac pulcherrimo ſupra omneis homines,clariſſimoq; funere.Non emẽ erãt huic uiro facultates ad magnificentiã elationis, funerisq; ſufficiẽtes,adeo ut cõſultantibus tutoribus filiorũ eius,uiſum fuerit,ut eum tanq; unũ ex multis ſumptu facili efferrent & ſepelirẽt:quod nõ tamen permiſit Populus,ſed cõgregantes tribuni multitudinem,multasq; percenſentes laudes bellicorũ operum eius uiri,multasq; ciuiliũ,temperantiamq; eius, & ſimplicitatẽ uitæ, maximeq; à quæſtibus abſtinentiã in excelſum attollentes laudatione: turpiſſimã rem omniũ dicebãt tantũ uirum inglorij humiliſq; funeris ob inopiã potiri: admonuerũtq; populũ, ut ſumptum in ſe ſuſciperet atq; uiritim conferret,quãtumcunq; ipſi ſtatuerẽt. audientibus aũt iocunda hæc fuere,ac cõferente unoquoq; propere quod conſtitutũ erat,cõtractũ eſt multũ pecuniæ.quod ſentiẽs Senatus, eamq; rem ſibi pudori aſcribẽs,decreuit minime negligere,ſepultũ iri Romanorũ illuſtriſſimũ erogata uiritim ſtipe:ſed publico ſumptu dignũ ipſum cẽſens,huius curam Quæſtoribus mandauit. Hiq; multa admodũ pecunia locantes hanc procurationẽ, & ornatu precioſiſſimo ornantes corpus eius, cæteraq; oĩa largiẽtes in magnificentiã pro uirtutis excellẽtia ipſum ſepeliere.ęmula uero ad Senatũ plebs huius laudis, ne ipſa quidẽ dignata eſt recipere collatũ tributũ offerentibus quęſtoribus:ſed largita eſt huius uiri filijs, inopiã eorũ miſerans,ne quid ſtuderẽt indignũ patris uirtute agere.Actus quoq; eo tẽpore eſt cenſus à cõſulibus,ex quo inuenta ſunt omniũ quæ cenſa ſunt ſupra undecim milia.Et hæc quidem in conſulatu horum Romanis geſta.

Argumentum

ARGVMENTVM LIBRI VII

Dionysij Halicarnasei de antiquitatibus Romanis liber VII hæc habet. Romæ annonæ caritatem: & eius remedia quæsita. Elegãtem sanè digressionem de Aristodemo Cumarum tyranno. Volscorum ad bellum sed frustra conatum. Sicinij Brutiq; tribunorum Pl. in Senatum conciones iniuriosas. Legem Tribunorum de libertate concionandi latam. Cn. Martij Coriolani expeditionem in Volscos. Eiusdem conciones in plebem coràm Senatu. Tribunorum Pl. in eum impetus. Conciones Bruti, Appij, & M. Valerij. Diem Coriolano dictã, eiusdem damnationem. Deniq; de ludis Romanis digressionem, quæ luculenter ostendit Romam non à Barbaris primũ, sed à Græcis habitatam. Historia totius libri triũ omnino annorũ.

262

TITO autem Geganio, Publioq; Minutio consulatũm suscipientibus fruméti inopia uehemens urbem occupauit, sumens ex plebis secessione initium. Secessit enim plebs à patricijs post æquinoctium autumnale sub ipsum maxime sementis initium: reliqueruntq; regionem simul cum motu ipso coloni, ipsi quoque diuisi: generosiores ad patricios redeuntes, plebeia uero pars ad plebeios. ac durarunt ex eo tempore seorsum alteri ab alteris, donec conueniret in unũ consisteretq; ciuitas, non multo ipsa ante brumam reconciliata. Tempore autẽ interueniente, eo quo sementis tempestiua perficitur, regio inops procurantiũ eam fuit, durauitq; diu: ita ut nec redeũtibus colonis afflictã recipere amplius esset facile ob seruotũ fugam, pecorũq; quibus eã culturi erãt exitiũ, nec occasio magna esset in futurũ omniũ seminum aut alimoniarũ. quæ cognoscens Senatus legatos ad Etruscos misit & Campanos & ad uocatũ Pometinũ campũ, qui frumenti quantumcũq; possent plurimũ ementes mitterẽt. P. aũt Valerius, L. q; Geganius missi sunt in Siciliam, Valerius quidẽ Publicolę filius, Geganius aũt consulũ alterius frater. Tyranni enim per urbes erãt, cæterũ clarissimus Gelo Dinomenis filius, suscepta nuper Hippocratis fratris tyrannide: nõ Dionysius Syracusanus, ut scripsit Licinius, alijq; plures Romanorũ scriptorũ, nequaq; temporũ exquirentes certitudinẽ, ut res ipsa declarat, sed nõ nisi ut contigit pronunciantes. nã decreta in Siciliã legatio secundo anno septuagesimæ secundæ Olympiadis enauigauit, imperante Athenis Hybrilide, decẽ & septẽ annis preteritis ab eiectione regũ, ut hi in eo & alij scriptores ferè omnes cõsentiunt. Dionysius aũt senior quinto & octogesimo post hæc anno Syracusanis insurgens tyrannidem occupauit, anno tertio tertiæ & nonagesimæ Olympiadis, imperante Athenis Callia post Antigenem. Paucis igitur annis peccare de temporibus dederit aliquis historicis, priscos eis & multorum annorum cõstituentibus tractatus. duabus autem ætatibus aut tribus integris aberrare

Quantum ueniæ dandũ historicis in temporum negligentia

à ueritate,nõ utiq; permiserit. uidetur autem primus male hanc temporum descriptionẽ segregans,quẽ & secuti sunt cęteri,hoc solũ in priscis descriptionibus inueniens: missos esse his cõsulibus legatos in Siciliã frumentũ emp/turos,rediissecq; illinc aduehẽtes quod Rex dono dederat:nõ ulterius exqui/sisse per scriptores Græcos, quis esset in Sicilia tũc tyrannus: sed inexplora/te quodammodo,& ut cõtigit, posuisse Dionysiũ. Nauigantes igitur in Si/ciliam legati,tẽpestatecq; uexati,ac coacti circũire insulam, tardius ad tyran/num aduenere:percq; hyemẽ ibi cõmorantes,reuersi sunt post æstatẽ in Ita/liam, multũ illi cõmeatus aduehentes. Missi uero in Pometinũ campũ fru/mentatores parũ abfuit quin à Volscis ut exploratores interficerentur,accu/sati à Romanis exulibus: difficilimecq; seruare ualẽtes,per promptitudinem hospitũ suorũ,corpora,sine pecunijs reuersi sunt re infecta Romã. similiacq; his pati cõtigit ad Italicas missos Cumas. Nam in ea urbe cõmorantes cõ/plures seruati cũ Tarquinio ex ultima pugna exules,primũ quidem occidẽ/dos eos à tyranno petere, impetrarecq; conati sunt. quo uoto minime potiẽ/tes,rogabãt ut liceret sibi corpora ipsa retinere loco pignoris,detinente hos uiros urbe,donec ipsi res suas reciperent,quas iniuste fuisse dicebãt à Roma

Aristodemus nis publicatas,oportere cq; putabant tyrannũ huius litis sibi esse iudicẽ. Erat aũt tyrannus Cumis eo tempore Aristodemus Aristocratis filius,uir per ge nus haud uulgaris,qui ab eis Mollis uocabatur,notiorem cq; cũ tempore ha/buit appellationẽ nominis:siue quia fœmella fuit,puer cũ esset,muliebria cq;

Cumæ à qui/bus conditæ passus,ut historici quidã scribũt:siue quia mitis esset ingenij,& in ira mollis, ut scribunt alij. Qua aũt usus sit occupandæ tyrannidis occasione,& quibus uijs ad eã peruenerit,& quemadmodũ prima administrarit, cuiusq; sit con/uersionis potitus,nõ intempestiuũ puto, seponentes nos parũper Romanã historiã,summatim percurrere. quarta em̃ & sexagesima Olympiade, præ/side Athenis Miltiade, Cumas eas quæ in Opicis,urbẽ Græcam quã Ere/triẽses & Chalcidenses cõdidere,Hetrusci circa sinũ Ioniũ habitantes,post/q; tempus expulsi ijdem à Gallis,& cũ eis Vmbri & Dauni,barbaricq; cõ/plures alij conati sunt euertere,nullã ipsi habentes,quã dicerent odij iustam causam,præter urbis felicitatẽ. erant enim ea tempestate Cumæ fama cele/bres per Italiam,diuitiarum atq; potentiæ aliorumcq; bonorũ causa,agrum obtinentes campanæ planiciei fertilissimum,portumcq; ad Misenum oppor tunissimum. his igitur insidiantes bonis barbari exercitum in eam ducunt, haud minorem quingentorum peditũ milium,equitumcq; demptis duobus milibus,uiginti milium. Castrametantibus aũt eis haud procul urbe, prodi/

Miraculũ de fluuijs se re/torquẽtibus gium apparuit mirabile,quale nuncq; factũ memorant, nec in Græca nec in barbara terra uscq;. Qui em̃ castra eorũ præterfluebãt amnes, Vulturnus & Glanis,omisso fluxu à uia naturali,undas retorsere, pseuerarũtcq; diu recur/rentes ab hostijs ad fontes suos. qd' cũ intelligerent Cumani, ausi sunt tunc confidentes ire obuiã barbaris:tanquã humilia reddente numine sublimia,

&

& quæ excelsa uidebãtur,humilia.diuidẽtesq; uires suas omnes trifariam, partẽ earũ unam præsidio urbis destinãt,aliaq; classem custodiebãt: tertia uero ante muros instructa,uenientes in se excipiebãt. Horũ quidẽ equites sexcenti erãt:pedites autẽ quatuor milia & quingenti. atq; ita numero pauci ipsi tot milia subiere. Vbi uero sensere barbari paratos eam ad pugnã, cũ clamore alacri occurrunt more barbarico sine ordine,pedites equitesq; per mixti,tanq; eos correpturi omnes.Erat autẽ locus,ubi cõgressi sunt ante urbem,conualliũ angustijs,montibusq; & lacubus circũclusus, uirtuti socius Cumanorũ,multitudini q; barbarorũ hostis.etenim subuersi inter se barbari,& cõculcati sæpe,cum alijs in locis,tum circa lacus eluuiem, nec ad manũ conserendã cũ phalange Græcorũ ueniẽtes,per se ipsi afflicti sunt plurimi: & exercitus eorũ pedestris per se lubricus,nullumq; edens facinus generosum,alijs alibi dispersis fugit.Equites autẽ cõgressi cum Græcis,multum eis negotij exhibuere:sed cum nõ possent circũuenire hostes ob angustias regionis,pugnaretq; unà cum Græcis numẽ fulminibus, imbribus, tonitribus, territi ipsi etiã uertuntur in fugã.eo autẽ in prælio equites Cumanorũ omnes strenue decertarũt:fuereq; ijdem præcipue,testimonio omniũ,causa uictoriæ:sed supra omnes Aristodemus,cognominatus Mollis. etenim subsistens solus,ducẽ ipse hostiũ interfecit,aliosq; multos & strenuos. finito aũt bello actisq; deis gratijs à Cumanis per sacrificia, monumẽtisq; extructis illustribus mortuis in prælio:de præmijs deinde fortitudinis, & cui primam dari oporteret coronã in maximã cõtentionẽ uenere.nam syncere quidẽ iudices,honorare Aristodemũ uolebãt:eratq; cũ illo populus. potentes autẽ magistrũ equitũ Hippomedontẽ:cui & suffragabatur Senatus omnis.Erat enim tunc penes optimates Cumanorũ Resp.& quorundã nõ multorũ dominus erat populus. seditione autẽ orta ex hac causa, seniores ueriti ne ad arma atq; cędes progrederet ambitio,persuaserũt ambobus ordinibus, ut utriq; eorũ uirorũ honores æquos cõcederent.ab hoc q; principio patronus fit populi Aristodemus, qui dein ciuili deditus eloquentię multitudinẽ ductabat, gratiosis eam suscipiẽs administrationibus,ac potẽtes qui depeculare nt publica redarguẽs,ex pecunijs quoq; propijs in multos ciues beneficus:ob quæ ille primoribus optimatũ grauis atq; formidolosus erat. Vigesimo autẽ anno post hoc bellũ aduersus barbaros,uenere Cumas ab Aricinis legati,orãtes sibi auxiliũ oppressis Hetrusco bello.nam post fœdus cum Romanis ictũ Porsena rex Hetruscorũ filium Aruntẽ emiserat, data parte dimidia exercitus uolẽti ei sibi propriũ dominatũ quærere:ut declaratũ est supra.isq; intra muros cõpulsos eo tẽpore Aricinos obsidebat,intraq; non longũ tẽpus se urbẽ fame capturũ opinabatur.Hac igitur legatione adueniente,primores optimatũ Aristodemũ perosi, simulq; timẽtes ne aliquid in Remp.machinaretur,pulcherrimã sibi occasionẽ oblatam esse putauerunt summouẽdi eum uirũ honesto nomine,ac persuadẽtes populo ut mitteret

Pauci Cumani cõtra plures barbaros

Aristodemi strenuitas

Aricinis

Aricini ab Aruntе obsessi

Aricinis subsidio duo hominũ milia,ducemq; creantes Aristodemũ tanq; bello clarũ ipsum, post hæc egerũt ea,quibus ipsum aut in pugna obtruncatum iri opinabãtur ab Hetruscis,aut in mari submergendũ.facti enim à Senatu domini delectus ituri subsidio Aricinis,insignẽ uirũ aut mentione dignum neminẽ delegere:cõscribẽtesq; pauperrimos ex plebeijs atq; nequissimos,ex quibus aliquos semper suspicabãtur motus,ex his exercitũ supplere:nauesq; decẽ uetustas pessimeq; perficiẽtes cursum attrahentes in mare,quibus præfecti erãt egentissimi Cumanorũ, in has eos intulerũt, cõminantes mortẽ si quis militiã detrectaret.Cæterũ Aristodemus,hoc solo dicto quod se minime mens lateret inimicorũ,mittentiũ ipsum uerbis in subsidium,opere in exitiũ euidens,ducatũ suscipit.ac euectus in altum propere cũ legatis Aricinorũ, & quod maris interiacet laborioſe periculoseq; superans,stationem tenuit ad proxima Ariciæ littora. atq; relinquens nauibus sufficientẽ custodiã, deq; prima nocte à mari uiam uadens,haud longam ipsam,prima luce Aricinis inopinatus apparuit.iactoq; proxime eos uallo, persuasisq; clausis ut prodirẽt in campestria,prouocat statim Hetruscos in pugnã.cõmisso aũt atroci prælio,Aricini paruũ admodũ perstãtes tempus cumulati inclinãt:fitq; intra muros iterũ eorũ fuga.Aristodemus uero cum electis circũ se Cumanis,paucis ipsis,totũ pondus belli sustinens, ducemq;

Mors Arũtis

Hetruscũ interficiens sua manu, gentes exteras in fugã uertit, potiturq; uictoria illustrissima.His peractis ac multis donis honoratus ab Aricinis,celeriter abnauigat,uolens suæ ipse uictoriæ esse Cumanis nuntius. Suntq; sequutæ eũ naues multæ onerariæ Aricinorum,uehentes spolia captiuosq;

Vide de Aristodemo

Hetruscos.ubi uero propius Cumas astitit, trahẽs naues in tuto,milites in contionẽ aduocat.& accusans plurimũ primores urbis, laudesq; percurrẽs eorũ,qui in pugna strenue uersati essent,ac pecuniã uiritim distribuens proponẽsq; munera Aricinorũ omnibus in cõmune,postulauit ab eis ut essent beneficiorũ memores cum in patriã nauigassent: & si quod ei periculũ aliquãdo accideret à paucorũ potẽtia,ut uis cuiq; esset auxilio accurreret. profitentibus aũt omnibus se ei gratiã esse relaturos insperatæ salutis quã per illũ assecuti essent,ac nõ cũ uacuis manibus in patriã reuersionis suæ,suasq; potius q; illius animã se inimicis obiecturos pollicentibus,laudatis eis contionẽ soluit.uocansq; deinde in tabernaculũ suũ prauissimos manuq; strenuissimos ciuiũ,munerumque largitione & humanitate uerborũ, & ea quæ oẽs decipit spe corrũpens,paratos ipsos secũ habuit ad eũ statũ qui tũc erat ciuitatis dissoluendũ: sicq; illos administros atq; propugnatores capiẽs,& quæ unũquenq; agere oporteret subijciẽs, donansq; gratis captiuos quos adduxerat libertate,ut ad se illorũ beneuolẽtiã alliceret, nauigat comitatus nauibus in Cumanorũ portus.militãtiũ aũt prẽs & matres,oisq; cognatio, filijq; & uxores fiũt exeũtibus eis obuiẽ cũ lachrymis,amplectẽtes & osculãtes,suauissimisq; appellatiõib, unũquẽq; aduocãtes,oisq; alia multitudo

urbana

urbana cũ gaudio & plauſu,dextrasq; iungẽs comitata eſt eũ uirum abeun/
tem domũ.Quibus ex rebus mœſti primores urbis,hiq; præcipue qui ei du
catũ tradiderãt,in'q; illius exitium cætera machinati erãt,peſſime de futuris
opinabantur.Ille aũt paucos quoſdã intermittens dies, per quos uota ꝓſol/
uit deis,tardioresq; recepit onerarias,ubi tẽpus fuit, ſe uelle ait Senatui quę
geſta eſſent in certamine explicare, ſpoliáq; belli oſtẽdere.cõueniẽtibus aũt
uiris excellẽtibus plurimis in Curiam,progreſſus ipſe quoq; cõcionabat', &
quæ geſta eſſent in pugna omnia ꝓcurrebat: parati uero ab eo miniſtri ha/
bentes gladios ſub ueſtimentis,irrũpentesq; conferti in Curiam optimates
obtruncant oẽs: fugáq; ſecuta per forum ac curſus,aliorũ domũ, aliorũq;
extra urbem , præter conſcios impoſturæ . iſti arcem & naualia ac locos ur/
bis munitos occupant. inſequentiq; nocte ſoluens ipſe dãnatos morti è car/
cere,multos eos,armansq; cũ amicis cæteris,in quibus erãt etiam captiui E/
truſci,ex his cuſtodiã circũ ſe cõſtituit.manéq; populũ conuocãs,multamq;
componens accuſationẽ interfectorũ à ſe ciuiũ,iure cæſos eos dixit,à quibus
ſæpe petitus eſſet inſidijs. reliquis aũt ciuibus libertatẽ ferens adeſſe dixit,&
ius æquabile,multáq; bona alia.Quibus dictis,ſpeq; implẽs mira plebeios
omnes,duas pulcherrimas in hominibus adminiſtrationũ ciuilium(quibus
procœmijs ũtitur tyrãnis omnis) inſtituit,diuiſionẽ agri,ærisq; alieni dimiſ/
ſionem.horũq; amborũ curã pollicitus eſt aſſumpturũ ſe eſſe creatũ ducem
cũ libera poteſtate,donec eſſet in tuto Resp. cõſtituerentq; populatẽ ſtatũ.
iucunde aũt ſuſcipiente multitudine direptionẽ aliorum,aſſumens ſibi per ſe
ipſe imperatoriam poteſtatẽ,infert decretũ alterũ,per quod eos decipiẽs ab/
ſtulit libertatẽ omnibus. ſimulans eñ ſuſpicari ſe futuras turbationes, & in/
ſurrectiones diuitũ in plebeios,ex diuiſione agri creditarúmq; pecuniarũ di
miſſione:ne inteſtinũ excitaret' bellũ,ſequerẽturq; ciuiles cędes, unam ait ſe
inuenire priusq; in grauia deſcenderet' cautionẽ,ſi efferentes arma oẽs ex
ædibus,cõſecrarẽt deis,ut aduenientibus bellis extrinſecus,ſi qua ipſos neceſ/
ſitas deꝑhendiſſet,utenda haberẽt ea,nõ inter ſe:iacerẽtq; interim apud de/
os in tuto. Vt uero hoc eſt eis ꝓſuaſum,eodẽ die arma oẽibus Cumanis a/
dimens,ſequẽtibus diebus fecit ꝓſcrutationẽ ędiũ:in quibus multos bonós/
q; interficiẽs,tanq; arma nõ oẽia demõſtrãtes deis,firmauit deinde tribus
cuſtodijs tyrannidẽ:una quidẽ ꝑ ſordidiſſimos prauiſſimosq; ciues,cũ qui/
bus ſoluerat optimatũ adminiſtrationẽ:alia per ſeruos impios, quos ipſe li/
beros effecerat domios eorũ occidẽs:tertia uero per mercenarios feriſſimarũ
gentiũ barbararum,haud pauciores duorũ miliũ,belloq; iſtos cęteris longe
meliores. eorum uero quos occiderat ſtatuas auferẽs ex oẽi templo,& in lo
cos inquinatos ferens, ijſdem in locis unde illas abſtulerat, ſuas poſuit: do/
mosq; eorũ & ſortẽ cęteraq; ſumens oẽia,& excipiens ſibi aurũ & argentũ,
& ſi q̃d erat tyrãnide dignũ prædiũ,reliqua adminiſtris ſuis ſocijsq; pando
impio largiebat':plurima quoq; & maxia dans dona ſeruis interficientibus

Optimates Cumani cæſi

dominos

dominos,etiam si uxoribus eorum,filiabusq; copulari poscerent.stirpis autem interfectorum uirilis curam nullam à principio habuit: uerum postea siue ex aliqua diuinatione,siue credibili cogitatione, haud paruum sibi metum nutriri existimans, conatus est eos omnes una die occidere. uerū prece multa utentibus omnibus,apud quos erant eorum matres, puericq; educabantur:largiri uolens eis quoq; hoc munus,mortis quidem pœna præter sententiam liberauit.cæterum cautionem adhibens, ne conspirantes unà aliquando,consultarent aduersus tyrannidē,abire extra urbem omnes eos iussit alium aliò:uitamq; in agris ducere, nullius ipsos conuenientis liberis eruditionis aut studij participes,sed pascentes greges,& alia rustica agētes opera:minatus mortem si quis eorum inueniretur in urbem transiens.hicq; domos focosq; relinquentes paternos,in agris uelut serui educabantur,patrum suorum interfectoribus ijdem seruientes. Ac ne cuiquam aliorum ciuium innasceret generosus aliquis, aut uirilis spiritus, effœminare aggressus est institutionibus suis succrescentem iuuentutē. Sublatis enim campestribus exercitationibus meditationibusq; bellicis,morem quoq; commutans uictus quo antea utebantur pueri, uersari iussit sicuti puellas uirgines mares in delicijs,efflorescētes,& calamistratos,reticulisq; & intortis reuinctos crinibus:tunicisq; pictis indui talaribus,lænisq; operiri subtilibus & mollibus:uitamq; sub umbris agere.sequebanturq; ipsos in ludum saltationum tibicinumq;,& his similium musicarum illecebrarum comites pædagogæ mulieres:umbracula & flabella portantes.lauabantq; ipsæ eos,ferentes pectines in balneas & unguenti alabastros & specula: corrūpebantq; huiusmodi disciplina pueros,donec uigesimum explerent annum,post quē sinebat eos in uiros desinere.multas quoq; alias contumelias luesq; Cumanis inferens,neq; ulla petulantia crudelitateue abstinens, quando tute se obtinere tyrannidē existimauit,senex iam ipse pœnas dedit euersus funditus, dijs nec hominibus reprehensibiles.insurgentes namq; in eum, urbemque liberātes tyrānide fuere filij interfectorū.hi quos ille uolens intra diem unā perdere,destitit exoratus,ut dixi,à custodibus corporis sui, quibus matres eorum dederat, iubens ipsos in agris commorari. Paucis enim annis deinde,postquam peragrans uicos uidit multam bonamq; iuuentutem, metuens ne conspirantes illi in se insurgerēt,præuenire uolebat occidens eos omnes,priusquam sentiret aliquis. & assumens amicos deliberabat per quem modum facillime celerrimeq; clām perdi possent. quā rem intelligentes hi iuuenes,siue aliquo consciorum indicante,siue ipsi coniectura hoc assequentes,confugiunt in montes,rusticum rapientes ferrum. ueniuntq; eis quam primum Capuæ cōmorantes exules,quorum erant omnium clarissimi,& habentes plurimos Campanorum hospites,Hippomedontis filij, eius qui bello Hetrusco fuerat magister equitum:ar[illegible]ati ipsi, afferētesq; illis arma, ac Campanorum mercede conductorum & amicorū manum cumulantes

Instituta tyrannica

Cōspiratio in tyrannum

non exi-

non exiguam. Postquam igitur cõuenere in unum omnes, percurrentes inimicorum agros latronum eos insultibus populabantur, auferebantq; à dominis seruos, soluentesq; ergastula armabant nexos: & quascunq; nequirent ferre agereq; pecunias, aut pecora, alia concremabãt, alia interficiebãt. Dubitante autem Tyrãno quonam cum eis modo bellandum foret, quia neq; conatus suos aperte facerẽt, nec in eisdem morarentur locis, sed nocte quidem usq; ad lucem, die uero usque ad tenebras moderarentur insultus suos, mittenteq; sæpius milites auxilio regioni frustra, uenit ad eum unus uerberibus afflicto corpore, missus ab exulibus ut transfuga. qui petita licentia, pollicitus est Tyranno, se acceptis uiribus idoneis, ducturũ esse eas secum ad locum, ubi erant cõmoraturi nocte insequenti exules. cui quidem ad credendum adductus Tyrannus, petenti nihil & exhibenti loco obsidis corpus suum, mittit cum eo fidissimos ducum, equites ducentes multos, manumq; mercenariam: quibus mãdat ut exules quidem omnes, aut si minus eorum quam plurimos uincientes ad se ducant. Hæc igitur struens trãsfuga, per minime tritos tramites perq; syluas desertas duxit tota nocte fatigatum exercitum in distantissima ab urbe loca. rebelles autem & exules in monte circa Auernum propinquum urbi, collocati insidijs, ut egressum urbem senserunt Tyrãni exercitum, indicatum signis exploratorum, mittunt ex suo numero circiter sexaginta maxime audacissimos, pellibus indutos caprinis, fascesq; sarmentorum ferentes: qui quo tempore accẽduntur lucernæ alij per alias portas ingredientes ut operarij latuere: & ubi intra muros fuere, extrahentes quos occultauerãt gladios è fascibus, & in unum omnes locum coeuntes, illicq; deinde iter arripientes congregati uersus portas ad Auernũ, custodes earum omnes dormientes interficiũt, suosq; muris iam propinquos patefactis portis recipiunt. latuereq; hæc agentes, contigit eũ tunc noctem agi illam festam quãdam & celebrem sumptu publico: perq; eam urbana turba omnis in potationibus existens alijsq; iocundis, hoc eis præstitit ut licenter pertransirent ferentes uias ad tyrannicam domum omnes, nec pro foribus magnam aliquam custodiam uigilantem inuenirent. sed ibi quoq;, alios iam dormientes ebrios obtruncantes sine labore, & conglobati intrudentes se in ædes, alios quidem omnes neq; corporum per uinum ipsos, neque sensuum aut mentis potentes, instar pecudum mactant. Aristodemũ autem filiosq; eius omnemq; cognationem comprehendentes, & in multam usq; noctem uerberibus cędentes ac torquentes, atq; omnibus, ut ita dixerim, malis affligentes occiderunt, euellentes Tyrannicam domum radicitus, ita ut nec mares nec fœminas, neq; cognationem eorum alicuius relinquerent: perq; noctem perscrutati satellites omnes tyrannidis, luce orta processerunt in forum, aduocantesq; populum in contionem deponunt arma, moremq; patrium Reip. restituunt. sub hoc igitur Aristodemo quatuordecimũ iam fermè annũ obtinente Cumis tyrannidẽ, partium

Mors Aristodemi

D tarquinensium

tarquinienſium exules pœnas ſumere de patria uoluere. aduerſantibuſq; primum legatis Romanis, tanquã minime profectis ipſis ad hoc certamen nec habentibus poteſtatẽ, quam ſibi permiſiſſet Senatus ut cauſam Vrbis defenderent: ubi nihil perſuaſere, ſed inclinatum uiderunt in alterã partem Tyrãnum propter ſtudia adhortationesq; exulum, petito tempore ad defenſionem, uadesq; corporum exponentes pecunias, in media lite, nemine eos amplius cuſtodiente effugientes diſceſſere, famulosq; & iumenta eorũ & allatam ad frumentationem pecuniam retinuit Tyrannus. His igitur talia patientibus legationibus, re infecta reuerti contigit. Ex urbibus aũt Heturiæ frumentatores miſſi, milium & far ementes ea in urbem fluuialibus ratibus aduexerũt. isq; cõmeatus quoddã tempus breue Romanos aluit: poſteáq; eos conſumptus in penuriam eandem reſtituit: nec erat ullum neceſſariũ cibi genus, quod non adhuc tentarent. accidit q; non paucis eorum partim ob indigentiam, partim ob incongruitatẽ inſueti alimoniũ, aliis quidem infirma eſſe corporum ualitudine, aliis uero ob inopiam neglectis, & omnino ſe inualide habentibus mori. Quæ ubi paulo ante uicti bello Volſci cognouere, legationum miſſionibus inter ſe arcanis induxere inuicem ſeſe aduerſus eos ad bellum, ut in inualidos ſiquis inuaderet ad reſiſtendum, bello ſimul & fami. Cæterum deorum beniuolentia quædam, quibus curæ erat haud negligere patiũe ſuccumbentes inimicis Romanos, manifeſtiſſime tunc etiam uim ſuam oſtendit. tanta enim repente peſtilentia Volſcorum urbes inuaſit, quantam nullo unquam alio fuiſſe loco Græco aut barbaro traditum eſt memoriæ: ætatem ea omnem pariter & fortunã & naturam robuſtorumq; & debilium corporũ interficiens. declarauit aũt calamitatis eius exceſſum, urbs Volſcorũ inſignis Velitræ, magna ipſa & populoſa, cuius partem relinquens decimam peſtis, reliquasq; complectens abſtulit. ad extremumq; igitur quicunq; calamitati ſuperfuerant, miſere legatos Romam: demonſtraueruntq; ſolitudinem, urbemq; tradidere. receperant enim Roma prius etiam colonos: quam ob cauſam ſecundo quoque petierunt ab eis delectos aliquos. Cognoſcentes aũt iſta Romanos ſubiit calamitatis cõmiſeratio. minimeq; oportere cenſentibus eis in tam afflicta fortuna obiicere inimicis iniurias, tanq; ſatis de ſe illi pœnarũ dediſſent deis pro iis quæ acturi erãt, uiſum eſt ut Velitras ſuſciperent, colonosq; eò non paucos mitterẽt, multa in hac re cõmoda conſiderantes. Nam & locus ſufficiens uidebatur, præſidio accepto cõgruo, ad eos qui res moliri nouas, aut mouere aliquid uellent inhibẽdos impediendosq; eſſe: & inopia alimoniorum urbem occupans, haud paruo moderatior futura putabatur, ſi ex ipſa multitudine trãsferretur ſors aliqua digna mentione. maxime uero ſeditio reflans adhuc, anteq; pulchre ſedata eſſet, induxit eos ad decernendam citius emiſſionem. Nam plebs iterum ſicut antea quoq; inſtigabatur, iraſcebaturq; patriciis: & multi in eos grauesq; effundebant ſermones: aliquorũ increpantium

Velitræ Romanis deditæ

increpantium inaduertentiam eorum & segnitiem, ut qui non multo ante præuidissent superuenientem frumenti raritatē, excogitassentq; aliqua aduersus eam calamitatem auxilia: aliquorumq; insidiose factam ab eis esse frumenti indigentiam declarantium, ira simul & cupiditate affligendi plebem, ex recordatione secessionis. Hisq; igitur causis celerius peracta est sortitorum emissio, tribus uiris designatis a Senatu ducibus. plebem autem à principio læte nomina dare apparebat, tanq; fame liberandam, inq; felici ipsam regione habitaturam. deinde aūt cogitantem pestilentiā, quæ in urbe se susceptura peruagata magna, incolas perdidisset, metus obtinebat, ne colonos aduenientes hoc ipsum quoq; conficeret. transferebaturq; rursus sensim in contrariam partem sententia, adeo ut non multi appararēt uolentes esse Coloniæ participes, sed multo quidem pauciores q̄ Senatus decreuisset: hiq; ipsi se iam damnantes, tanq; male consuluissent, subiuissentq; egressum. sicq; relinquebatur hæc pars, & altera quæ non sponte dabat nomina. decernente uero senatu faciendam esse ex Romanis omnibus sortionem demigrationis, & in eos qui dedissent nomina, ni exirent graues & inexorabiles statuente pœnas, emissus tandem est necessario, atque relictus Velitris decens exercitus. Rursusq; alter nō multis post diebus Norbam Norba
Latini generis urbem non obscuram. Non respondit tamen ad cogitata patricijs, spes sopiendæ seditionis: sed erant adhuc peiores in ira reliqui, multáque aduersum senatores inclamatione utebantur per conuentus & sodalitates: pauci primum coeuntes, deinde plurimi, cum fieret iam acrior penuria. concurrentésq; in forum acclamabāt ad tribunos, à quibus quidem congregata contione, progrediens Sp. Sicinius qui tunc erat dux magistratus, & ipse multus effluebat augens quāmaxime Senatus inuidiam, & ut cæteri dicerēt quæ sentirēt, maximéq; Icilius & Brutus, qui tunc ædiles erant, in publico, postulabat uocans utrunq; nomine: qui prioris quoq; secessionis plebi principes, tribunitiamq; introducentes potestatem, primi ea potiti erant. hiq; progredientes turpissimos impudentissimósq; sermones ex præparato in Senatū percurrerunt, quos uolentes multi audiebant. Quemadmodū prouidentia locupletum, & per insidias, fieret frumenti penuria: quandoquidē p̄ secessionem inuitis eis plebs libertatē inuenerit: nec æque pressos calamitate, ac ne parum quidem, cum pauperibus esse locupletes. Esse enim eis cibaria in occulto reposita, & pecunias quibus emant aduectitios cōmeatus, cum multo mali eius contemptu. plebeijs uero hæc utraq; habere sese perexiliter. emissionemq; delectorum, quam fecissent in loca morbida, eiectionē appellantes ipsi in euidens longéq; peius exitium, & augentes quāmaxime poterant grauia, & quis malorum terminus futurus esset discere postulātes, cōmemorantesq; eis uerbera quibus olim à dominis afflicti erāt, alia quoq; his similia licenter admodū percensebāt. Postremo Brutus in minas quasdam huiusmodi orationem concluſit, quod si

uellent ei obtemperare, cogeret quàm primum eos qui accendunt malum, extinguere. sicq; dissoluta contione consules die postero Senatum conuocant trepidi ex hac innouatione, & istam Bruti erga plebē adulationem in magnum aliquod malū uergere existimantes. multiq; igitur & multiplices sermones, & ab eis ipsis dicti sunt in Senatu, & ab alijs senioribus. aliquibus quidē putantibus colendam esse plebem blanda appellatione uerborum, operūq; pollicitationibus: ducesq; eius moderatiores reddendos propositis rebus in medium, & ut plebs secum de cōmunibus cōmodis specularetur cohortando. alijs uero cōsulentibus nihil esse deferendū plebi, nec agendū molliter erga turbā contumacē & indoctā, ergaq; confidentiamq; ac non ferendā adulatorū plebis insaniam. sed esse sanè excusandū, nullam eorum quæ acciderint in patricijs esse culpam: & quæ haberi possit ad hæc mala à se, prouidentiā promittendā. Conturbantes uero plebem increpare oportere, eisq; prædicere, quod ni desinant hæc agentes, dignas persoluent pœnas. huius erat sententiæ princeps Appius: eratq; ea uictrix, multa admodum incidente senatoribus cōcertatione, adeo ut plebs ab exaudito clamore eorum uehementer permota concurreret in Curiā, & erecta in expectationē ciuitas omnis esset. Post hoc aūt prodeuntes cōsules, populum in contionem aduocant. erat aūt non multū diei reliquum. progrediētesq; conabantur dicere, quæ uisa sibi essent in Senatu, obsistebantq; eis Tribuni, neq; erat seorsum aut decenter dictus ab utrisq; sermo. clamabāt enim obijciebantq; alteri alteris, ita ut non esset facile astantibus, quid eorū mentes uellēt, intelligere. Censebant eñ æquū consules, se in urbe ut qui maiorem haberent potestatē omnibus imperare. Tribuni uero suum esse locum contionē, sicuti illorū senatū: & quæcunq; sub plebeis iudicāda essent, aut decernenda, suæ esse potestatis. cōcertabātq; cum eis uulgus, clamās, & ad occurrendum paratum uolētibus inhibere: & sic quoq; cum cōsulibus cōuertentes se patricij. ac fiebat certamen magnū ab utrisq; ne cederent, tanq; esset cedētibus alteris in ea una tunc pugna, deinceps de iure suo decessum. inclinabatq; in occasum iam sol, exq; ædibus concurrebat in forū cætera multitudo: uenturiq; erant, ni nox diremisset eos, ad pulsationes lapidumq; iactus. quod ut nequaq; fieret, progrediens Brutus petit à cōsulibus potestatem sibi dicendi fieri, promittens idem se esse seditionē sedaturū. atq; cōsules cum sibi uisa esset cōcedenda, qñ tribunis præsentibus, non ab eis hāc gratiam petijsset dux multitudinis, dicere eū permittunt. cōticescentéq; tumultu nihil aliud dixit Brutus, nisi quod consules interrogauit hoc modo. Age, inquit, meministis quod dissoluentib. nobis seditionē, à uobis ius hoc sit cōcessum, ne cū plebem cōgregarent Tribuni quacunq; causa, interesse liceret patricios, aut cōturbare? meminimus, inqt Geganius, infertq; Brutus. quid igitur inquit patientes, estis impedimēto nobis, neq; tribunos permittitis quæ uolunt dicere? respondit q; ad hæc Geganius. quia nō illi plebem

ad

ad concionem conuocarunt,sed nos consules:si enim ab his factus esset con uētus,nihil utiq; prohibere uoluissemus,nec aliud curiosius agere.sed quā/ do ipsi concionem conduximus,non nos istos prohibemus concionari,sed ab istis prohiberi nos minime iustum ducimus. subiiciensq; Brutus, Vici/ mus inquit plebeij,suntq; nobis à dissidentibus concessa quæcunq; postu/ lauimus. Abite igitur nunc desinitéq; ambitiose contendere. cras aūt polli/ ceor uobis, me clarum facturum esse quantam uim habetis: sicq; Tribuni & uos cedite foro eis in præsentia. neq; enim cedetis in finem, cognoscen/ tes quantam habeat potestatem magistratus uester.cognoscetur aūt intra non longum tempus.&enim hoc uobis polliceor,me horum superbiā mo/ deratiorem esse redditurū: sicq; uobis dans uerba inueniar, utamini me ut uultis. Nemine aūt ad hæc contradicente, abierunt è concione utriq;, non easdem habētes opiniones.sed hi quidem incerti uisi quid ulterius inueniſ/ set Brutus,neq; frustra rem tantam promitteret: patricij uero despiciētes le uitatem hominis,pollicitationumq; temeritatē ad uerba usq; processuram existimātes.nihil enim à Senatu esse concessum Tribunis, præterq; auxilij ferendi plebeijs, siquis uim afferret,potestatē. nec tamē omnes maximeq; seniores subibat huius rei parua cura,sed attendebant ne aliquid intolerabi le perageret hominis insania.sequenti uero nocte Brutus cōmunicato cum tribunis sensu suo,paratáq; manu plebeiorū non parua, descendit cum eis in forū:& ante diem occupata Vulcani æde, ubi eis habendi cōciones mos erat, conuocāt ad concionem plebem.atq; repleto foro (turba enim quāta nunq; antea cōuenerat)progrediens Sicinius tribunus uerba multa aduer/ sus patricios fecit, cōmemorans quæcunq; gesta ab eis essent hactenus in plebeios: deinde docens quēadmodū superiori die prohibitus ab eis con/ cionari,& adēpta ei potestas magistratus esset.cuius em̄ fiemus inquit alia rum rerū domini,si nec dicēdi erimus? quonāmodo auxilio esse poterimus uiolato ab eis alicui,si cōgregandi uos potestas nobis adimat? sunt cuiusq; rei quodāmodo sermones initiū:nec obscurū est,quod quibus dicere non li cet quæ sentiūt, nec quæ uolūt licebit agere.aut igitur inquit tollite quā de/ distis potestatē,nisi ei securitatē firmaturi estis:aut scribenda lege deinceps futuros nobis impedimēto prohibete. His ab eo dictis,atq; iubente plebe clamore magno,ipsum legē ferre,habens ille eam iam scriptā,legit:deditq; multitudini calculos ferēdos de ea quā primū. neq; enim res egere dilatio/ ne uidebatur aut tarditate,ne quod à cōsulibus impedimentū aliud iniice/ retur.Erat aūt Lex talis.Concionāti apud populū Tribuno, nemo aliquid in contrariū dicito,nec dicentem interpellato.si quis aūt præter hæc fecerit, dato petitus uades Tribunis persoluendi pœnam,quācunq; ei imponant. & qui uadem non dederit,morte puniatur:bonaq; eius sacra sunto,conten tionumq; de pœnis ipsis iudicia penes populū sunto.Promulgata lege Tri buni concionē dimisere,plebsq; abijt multæ spei plena:magnamq; habēs

Lex prohibēs impedire Tri bunos

Bruto gratiam,cum illius fuisse appareret eam legis excogitationem. Post hoc multæ ac de multis fiunt inter tribunos, cõsulesq; altercationes. Neq; enim populus quæcũq; Senatus decerneret firma arbitrabatur.neq; eorũ, quę populus cognosceret,quicq; gratum erat Senatui: instructi aũt aduersum inter se suspicioseq; permanebant.Nec eorum tamen odium,ut in talibus solet,in opus aliquod intolerabile euadebat.neq; enim inuadebãt pauperes domos diuitum,ubi se aliquid abditorum cibariorum inuenturos crederent,aut ad uenalia exposita in aperto diripienda ferebantur:sed & pauca magno precio emere sustinebant, & cum essent pecuniæ inopes, radicibus ex terra herbisq; pasci tolerabãt.neq; diuites,ui allata debilioribus potentia propria, aut per clientes multa, obtinere se æquum censebãt Vrbem, alios expellentes ab ea,alios occidentes.sed permanebant tanq; patres modestissime se gerentes erga filios,& in delictis eorum beniuolo curatorioq; utentes imperio. Tali autem detinente Romam seditione, proximæ urbes aduocabant uolentes habitare apud se Romanos,ciuitatis pollicentes participationem, perq; alia blandimenta subducentes:aliæ optimo animo ob beniuolentiam & cõmiserationem calamitatis:aliæ,hæq; plures,inuidia ex uetere aliquando felicitate. erantq; demigrantes plurimi cum tota domo, transferentesq; aliò habitationem:quorum aliqui rediere rursus constituta ciuitate, alij etiã permansere.uidentibus autẽ hæc Cõsulibus uisum est permittente Senatu,conscribendum esse exercitum educendasq; copias. sumpserũtq; causam expeditioni decentem,cum incursionibus ac populationibus assiduis regio affligeretur ab hostibus:cætera etiam cõsiderantes quæcunq; ex hac re utilia futura essent, emisso sibi extra fines exercitu: quod & uti laxiori annona possent hi qui relinquebantur,& in abundantioribus cibarijs uiuerent hi qui tenentes arma ex hostibus alerentur:quiescerentq; interim seditio, quodcunq; tempus occuparet militia. præcipuéq; firmatura opere ipso uidebatur reconciliationes, cõmilitantibus cum plebe patricijs, ea quæ futura erat in periculis malorum & bonorum sors æqua. sed non eis auscultabat multitudo, neq; sicut prius uolens occurrebat descriptioni. Necessitatem aũt nolentibus afferre ex lege haud iustum censebant consules:sed ex patricijs cõscribentes uoluntarios aliquot unà cũ clientibus, etiã & parte plebis parua quadam cõmilitante exierunt. duxq; fuit exeuntium Cn. Martius,is qui Coriolos cepit,& in pugna fuit aduersum Antiates strenuissimus. Quem uidentes exeuntẽ plurimi capientium arma plebeiorum cõfirmati sunt,alij beniuolentia,alij spe bene gerendæ rei. Erat enim famæ ille iam claræ,formidolosusq; hostibus.procedens uero usq; ad urbem Antium hic exercitus,frumenti multi relicti in agris,& mancipiorũ pecorumq; dominus est factus:neq; multo post redijt abundantior rerum quæ ad uictum pertinent: ita ut ijs qui remanserant desolatio multa incideret, ducumq; suorum reprehensio,per quos priuati simili felicitate uidebãtur. Ge-

Cn. Martius Coriolanus dux exercitus

ganius

ganius igitur & Minutius eius anni Consules in magnis uarijsq; consisten
tes fluctibus, sæpiusq; cõuertere ciuitatem tentantes, nihil egerunt graue:
sed prudentius quàm felicius usi contingentibus, seruauere Remp. Creati 263
uero post hos Consules M. Minutius Augurinus: Aulusq; Sempronius *M. Minutius A. Sempronius*
Atratinus, utriq; iterum. Hiq; uiri, neque armorum scientiæ neque dicen
di imperiti, multa usi sunt prouidentia ad replendam frumento Vrbem,
rebusq; alijs uenalibus, tanquam posita in affluentia rerum esset multitu
dinis concordia. neq; tamen eis potiri unà utriusq; licuit: sed ingressa est cũ
bonorum copia, simul etiam illorum, qui eis usuri erant contumelia: & tunc
Romam periculum maximum detinuit ex principio, quando minime ap
parebat. Nam & ab eis frumentatum missi ex maritimis mediterraneisq;
mercatibus frumentum emptum de publico adduxerũt. & qui solent per
mutare merces ex omni loco conuenerunt: à quibus onera emens publicis
pecunijs ciuitas reponebat. redieruntq; missi antea in Siciliam legati, Ge
ganius & Valerius, multas naues adducentes onerarias: in quibus quidem
adduxere frumenti quinquaginta modiorũ sicilienſium milia: quorum erat
dimidia pars paruo admodum empta precio, reliquumq; Tyrannus mise
rat, dans gratis, & impensis aduehens proprijs. Vbi uero nuntiatus est in
urbe frumentariæ classis reditus ex Sicilia, multa incidit de distributione
eius patricijs deliberatio. clementissimi enim populiq; studiosissimi respici
entes ad detinentes Remp. necessitates, suadebant ut Tyranni munus ple
bejjs omnibus diuideretur: & id frumẽtum quod publicis emptum erat pe
cunijs, paruo eis uenderetur precio: docentes quod ex his gratijs maxime
clementiores fierent erga diuites iræ pauperum. arrogantiores autem prin
cipatusq; paucorum studiosiores, omni cum promptitudine machinamen
toq; affligi plebem oportere existimabant. consulebantq; hoc uno maxi
me exhibendam arctiorem eis annonam, ut fierent ex necessitate modesti
ores, & ad reliqua ciuilitatis officia legibus obtemperãtiores. Ex his autem
unus erat Martius ille Coriolanus cognomine, non ut cæteri clam & caute *Coriolanus et eius exilij prima causa*
sententiam suam declarans, sed palàm atq; ferociter, ita ut audirent multi
etiam plebeiorum. habebat enim præter publicas criminationes etiã pro
prias causas nouas, quibus plebeios odisse merito uidebatur. petenti enim
ei proximis comitijs Consulatum, & habenti suffragantes patricios, plebs
aduersa, haud permisit magistratũ ei dari: cauens ipsa claritatem uiri & au
daciã, nequid innouaret de sublatione tribuniciæ potestatis. idq; potissimũ
uerita, quod cum omni ei promptitudine studebat multitudo patriciorũ,
quantũ antea nemini. huiusq; igitur cõtumeliæ ira sublatus hic uir, muta
tionémq; administrationis restituere in pristinum ornatum cupiẽs, & ipse
palàm, ut dixi, plebis causam impugnabat, & ad idẽ alios inducebat. Erat
enim circa eũ sodalitas magna iuuenũ generosorũ, quibus erant census ma
ximi, & clientes multi assistẽtes ex bellorũ emolumentis. quibus ille elatus

fremebat, eratq; illustris, & in maximam processerat claritatem. Neq; tamen propter ista felices euentus habuit.nam consulto de his Senatu, ac ferentibus primã sententiam,ut mos erat eis,senioribus, in quibus erant quidam nec multi pronunciantes palàm aduersus plebem sententias: postq; sermo ad iuniores descendit, petita uenia à Consulibus dicendi quæcunq; uellet,atq; potitus,significatione magna & attentione orationem aduersus plebem habuit huiusmodi. Quod non necessitate,Patres,aut inopia plebs coacta secessionem fecerit,sed spe ducta praua tanq; nostrum optimatum dissolutura,ipsaq; Reip. omnis futura domina,omnes ferè uos sensisse existimo,præcõmoda intuentes eius in reconciliationibus. Cui quidẽ non sufficit corrumpenti fidem cõtractuum, ac leges de his positas euertenti, nihil aliud curiose agere: sed cõmunem constituens magistratũ ad euertendum Consularem,sacrosanctũ eum lege inuiolabilemq; efficit: & nunc tyrannicam cõplectens potestatem hac condita nuper lege uos Patres latuit.quando enim multa cum licentia præsidentes ei, nomenq; decens istud præmittentes, opẽ læsis plebeijs ferre, ob hanc potestatẽ agunt ac ferunt quæcũq; uideatur eis: nec eorum iniquitates cohibens est priuatus aut magistratus aliquis,timẽs ni mirũ legem, quę nobis aufert unà cum operibus sermonẽ, mortis iniungens pœnam, si quis uocem emittat liberam: quid attinet nomen huic potẽtię aliud imponere eos,qui mentẽ habeant,q; hoc quod uerum est,omnesq; fatentur, tyrannidẽ? sicq; non ab uno uiro est tyrãnis, sed à plebe tota,quid istud differt? sunt em̃ opera eadem ab ambobus.Fuit igitur optimũ ne semen quidem potestatis istius iaci sinere,sed omnia potius ut præclare Appius multo ante prospiciẽs censebat grauia sustinere. quod si non factum est,at nunc uno omnes animo effodientes eam radicitus, Vrbe decet eijcere,donec adhuc est debilis,facilẽq; debellanda. nec hoc uobis primis Patres aut solis, sed & multis iam & sæpe accidit, ut in improuisas constituti necessitates, sententiaq; excidentes optima de rebus maximis, postq; initia nõ cohibuerint, mali augmẽta expurgare cœperint,seroq; sapere.insipientiũ pœnitentia sanè minor q; prouidentia, alio rursus modo non utiq; peior apparuerit, delens prohibitione finis id quod erat ignoratum ab initio. Quod si uestrũ quoq; aliquibus uident grauia plebis opera, coercericq; eam putant oportere peccantẽ in reliquis, sed subit timor ne primi ipsi soluere uideantur conuenta,iusiurãdumq; transgredi: discant quod non repugnantes magistratus frangunt ipsi conuentiones, sed qui eas fregerint punientes, insontes apud deos erunt, & agent iuste in sua cõmoda.

Oratio Coriolani

Confutatio

Magnũ uobis est hoc argumentũ, quod soluẽdarũ cõuentionũ frangẽdiq; fœderis initiũ non uos sed plebeia pars fuit, non permanens in conditionibus quibus inuenit reditũ: neq; enim ad offendendũ Senatũ, sed ne ab eo ipsa læderetur tribunitiam potestatem petijt:utitur autem ea non amplius ad quæ opus est, & ad quæ eam inuenit:sed ad corruptionẽ, cõfusionemq;

consuetæ

consuetæ patriæq; administrationis. Meministis sanè nuper cõuocatæ con tionis, & qui dicti in ea fuerint à ducibus multitudinis sermones, quãtúmq; demonstrarint arrogantiam & inornatũ: & nunc in qua sint iactantia hi, qui nihil sani sentiũt, postquam illud cognouere, quod in suffragijs sit po/testas omnis ciuitatis, quibus illi prævalent plures nobis. quid igitur nobis relinquitur, incipientibus illis fallere & inique agere, nisi resistere, & quæ ha bent huc usq; iniuste, iure eis auferre? coerceréq; ipsos deinceps pluriũ ap/petentes? gratias agentes nos deis, quod non eos miserint, adeptos primũ superiora, in reliquum modeste agere, sed hanc eis iniecerint impudentiam supráq; se curiositatem, per quam coacti sitis & amissa recuperare eniti, & qua conuenit cautione reliqua custodire. tempus autem est hoc præsens, quale non alterum, siquidem incepturi estis prudenter agere: in quo pars est eorum plurima confecta fame, necq; reliqua diu resistere ob indigenti/am pecuniarum poterit, si arta simul & preciosa ei potiundum sit annona: Cogentur enim pessimi eorum, nec unquam principatibus optimatum læ ti, Vrbem relinquere, mitiorésq; cæteri urbanius atq; modestius uiuere, ni/hil amplius uos cõturbantes. custodite igitur annonam, déq; precio rerum uenalium nihil imminuite. sed quanti unquam antea, tanti & nunc uenire eas decernite: iustas habentes causas rationésq; probabiles ingratam ple/bis oblatrationem, tanquam inducta à nobis frumenti indigentia, quæ per illorum facta est rebellionem, corruptionemq; agri quem uastarunt popu/lantes ut hostilem: atq; sumptas è publico impẽsas in eos qui sunt frumen tatum missi: multáq; habentes alia, per quæ læsi ab eis estis: ut iam cogno/scamus quid sit tandem illud graue, quo nos afficient, nisi omnia ad uolu/ptatem plebi faciamus, sicut eorum duces exterrentes nos dicebant. Si ue/ro tempus hoc etiam de manibus emittitis, sæpe alterũ tale optabitis. sicq; istud plebs cognouerit, quod uolentes uos uim eius dissoluere auersi sitis, clarum certe quod nequeuntes, multa uestra imbecillitate damnata, sine metu deinceps uobis tanquam seruis abutetur. Talia cum dixisset Martius diuisæ sunt senatorum sententiæ, & tumultus inter eos ortus est multus. Nam qui etiam à principio aduersabantur plebeijs, tolerarántque præter mentem suam reconciliationes, in quibus erat iuuentus penè omnis, seni/orúmque locupletissimi & prudentissimi, ægre ferentes plebis impudenti/as, laudabant eum ut generosum, & amatorem ciuitatis, ac præclara Reip. consulentem. qui uero sensus erant popularis, neque sectam neque diuiti/as ultra conueniens æstimantes, neque magis aliquid necessarium pace iudicantes, ringebantur ex his quæ erant ab eo dicta, neque eius sententi/am admittebant. sed uolebant non uiolentis, sed probis sensibus, supe/riores humilioribus se esse: neque indecens, sed necessarium quiddam cle/mentiam ducere, eam præsertim quæ erga unius ciuitatis homines ex beniuolentia fieret. declarabántque insaniam esse consilium eius, non

fiduciam

fiduciam. parua uero & infirma hæc pars cum esset, à uiolentiori retunde/batur. Videntes autem hæc tribuni (nam & illi Senatui aderant à consuli/bus uocati) exclamabant & spirabant, atq; Martium uiolatorem ciuitatis, exitiumq; appellabant, inferentem sermones prauos aduersus plebem: nisiq; eum coercerēt patricij, bellum Vrbi introducentem intestinum, mor-te aut exilio mulctātes, ipsi se id facturos prædicebant. Tumultu autem ex his uerbis Tribunorum orto, maximéq; ægre tolerantibus minas iuniori/bus, elatus Martius iam arrogantius Tribunos, ferociusq; attingebat: imò uero nisi desistitis uos, dicens, ciuitatem turbantes, pauperumq; ductantes multitudinem, non uerbis amplius, sed operibus erga uos contendam. exa cerbato autē senatu, ut uiderunt Tribuni plures esse eos qui auferre uellent cōcessam populo potestatē, quàm qui uellent cōuentis stare, è Curia se pro ripiunt clamantes ac deos per quos iurauerant euocantes. posteáq; aduo/cantes contionem, declararunt plebi habitos à Martio sermones, aduoca/runtq; eum uirum ad defensionem causæ. Vbi uero non attendit eos Mar tius, sed & iniurijs prosequens uiatores à quibus uocabatur sermone prohi buit, indignati magis adhuc Tribuni, assumptis secum ædilibus, alijsq; ci/uium compluribus, impetum in eum fecere. cōtigit enim morari ipsum ad/huc ante Curiam, multos adducentem patriciorum, aliamq; habentem cir-cum se sodalitatem. Vbi uero conspexerunt eum Tribuni, mandant ædili/bus uti ipsum manu capiant, siq; sponte sequi nolit ui ducant. erant autem tunc ædiles, L. Iunius Brutus atq; Icilius Ruga: Hiq; igitur procedebant, ut capturi eum uirum, patricij uero rem acerbam hoc opus ducentes, ante causæ dictionem ui duci patriciorum aliquem à tribunis: Martium sunt tu tati, pulsantesq; obuios quosq; repulerūt. uulgato autem per urbem totam hoc casu, exiliebant omnes ex ædibus: qui quidem erant in dignatione be/néq; numati, Martiū protegentes simul cum patricijs, ueteremq; formam restituturi Reip: humilioris autē fortunæ homines, uitæq; inopis, ferre opē tribunis parantes, & quicquid illi iussissent facere. inhibuit autem ipsos pri/mum uerecundia, qua detenti, nihil audebant alteri in alteros inique age/re: cæterum procedente malo, ipsa quoq; sublata est ab eis. Neq; tamen ea die intolerabile egere quicquam, sed in sequentem res distulere, sententiæ Consulū cohortationiq; cedētes. Die uero postero descēdentes primi in fo rum Tribuni, conuocarūt plebem ad contionem. progredientesq; ipsi per successionem, patricios admodū accusarunt, tanquam trangressos fœdera, inquinantesq; iusiurandum quod plebi dederant de obliuione præteri/torum: argumentum afferentes ijdem quod non syncere, stabiliterq; reconci/liati essent patricij cum plebe, frumenti inopiam, quam illi struxerāt, emis/sionesq; Colonorū utrorumq;, & alia quæcunq; machinati essent dimi/nuendę plebis gratia: multūq; carpētes Martiū, & sermones ab eo habitos in senatu percurrentes, & quod uocatus ad dicendam causam à populo, nō is modo

Reiecti à pa tricijs ædiles Coriolanum capturi

modo nõ dignatus esset uenire, sed ędiles ueniẽtes ad se pulsans repulisset. aduocabantq; testes eorum quæ in Senatu facta essent, honoratissimos ex his qui illic, deq; ædilium contumelia plebeios omnes qui tunc per forum erant. Hisq; dictis, potestatem fecere patricijs, si qui uellent, excusandi, detinentes interim populum in contione quoad Senatus dimitteretur: contigit enim consessum esse de eisdem patriciorum, dubitantium utrum ipsis excusandum esset apud plebem de obiectis, an quiescendum. Deinde autem sententiæ eorum plures arrogantioribus humaniora prætulere: dimittentesq; Senatum Consules, processerunt in forum, cum cõmunes defensuri calumnias, tum de Martio postulaturi à plebe, ne quid de eo consultaret intolerabile. sicq; progrediens senior eorũ Minutius huiusmodi oratione habuit. De indigẽtia frumenti defensio ualde breuis est plebeij, neq; alios exhibebimus testes quoruncunq; dicemus q̃ uos. sterilitatem enim frugum scitis & ipsi clare ob desertam sementem accidisse, aliamq; uastationem regionis: quam non uos opus est ab alijs, qua causa euenerit discere, & quo tandẽ modo ager plurimus, & optimus fructibus caruerit, mancipijsq; & pecudibus, partim direptus ab hostibus, partim uobis nõ sufficiens, tot quidem ipsis, nec ullam aliam habentibus diuersionem. itaq; nõ ex ijs quæ duces multitudinum criminantur, sed ex ijs quę uos ipsi scitis, eueniſſe famem credentes, desinite annectentes insidias nostras huic passioni, & irati nobis nihil uos lædentibus. Emissiones autem colonorum factæ sunt necessario, cum nobis omnibus communiter uisum esset, custodienda ea loca esse, per opportuna ad bellum atq; multum in tempore difficillimo iuuantia exeuntesq; & relictos uestrum. nam & illic affluentius necessarijs abundarunt egressi, & hic permanentes minus indigent cibarijs. Exæquatio quoq; fortunæ, cuius participes fuimus cum plebeijs patricij, sorti permittentes exitum, minime reprehenditur. Quid igitur patientes isti turbæ duces nobis obijciunt ea, quorum communes habuimus & sententias & fortunas: siue grauium, ut isti dicunt: siue, ut nos putamus, utilium? Ea uero quorum in hoc recenti concilio insimulati ab eis sumus, tanquam nolentes rerum moderari precijs, ut qui per insidias auferre tribuniciam potestatem uelimus, memores ipsi secessionis uestræ & omnino affligendæ plebis cupidi: & obiecta omnia quæcunq; talia, diluemus operibus intra non longum tempus, nihil in uos peragentes mali: potestatémque tribunitiam in eis, quæ tunc uobis concessimus, nunc etiam cõfirmantes, distractionemq; frumenti ut uobis omnibus uidebitur facturi. Expectantes itaque, si nihil horum fiat, tunc nos accusate. si uero clare perscrutari ea de quibus differimus uolueritis, iustius patricij nos plebem accusare possumus, quàm uos Senatum criminamini. iniuste enim erga nos agitis, nec hoc ægre ferte audientes. Nam si finẽ nostræ sententiæ discere non expectãtes, uultis eã iam accusare, & quis nescit, quod uolenti cuiq; facile fieret, confundere, tollereq;

Oratio consulis Minutij

ex Vrbe

ex Vrbe concordiam? obijcienti ea, quorum fides uentura & in incerto adhuc existens, non custodia est, ne aliquid patiaris mali, sed prętextus, ne iniuste agas. Nec sunt tantum uestris præsidētibus ea quorum Senatum accusant calumniantur q; exprobranda, sed & uobis non minus ea quæ illis creditis, ac prius quàm experti sitis indignamini. Oportuit enim timentes uos futuras iniurias, futuras quoq; super eis habere uos iras: sed nunc celeriora uidemini, quàm prudentiora cognoscere, sicq; tutius in maligniori ponere. Ac de communibus iniurijs, de quibus Senatum criminati sunt Tribuni, satis esse puto quæ dicta sunt. De ijs uero quæ in Senatu dixerimus, quorum unumquemq; nostrum calumniātur tribuni, atq; distinguere nos ciuitatem insimulant, ac nunc Martium amatorem ciuitatis, liberáq; usum uoce de Rep. occidere, aut patria priuare quęrunt, uolo etiā iusta apud uos dicere, speculeminiq; an modestos uerosq; sermones dicam. Vos plebeij dissidentes à Senatu, sufficere uobis putastis dimissionem æris alieni: & auxilij causa pauperum, quibus uis afferretur, magistratus creari corporis uestri postulastis: & hæc utraq;, magnā uos nobis habentes gratiā accepistis. Imperiū uero Consulū dissoluere, aut Senatum præsidentia priuare Reip. aut ordinē & instituta patriæ ciuilitatis euertere, neq; ipsi postulastis, neq; sanè postulandū fuit. Quonā igitur cognito conamini nunc hęc omnia confundere? aut cui iustæ causæ fidētes quæritis honores nobis nostros auferre? nā si Senatus participibus formidolosum feceritis quę sentiūt audacter dicere, quidnam dicent cōueniens magistratus uestri? aut qua utentes lege, supplicio puniri mortis, aut exilij postulabunt aliquos patriciorū? nō dant ueteres leges uobis hanc potestatem, neq; nouæ cum senatu conuentiones. exire uero fines legitimos, & uim iure maiorem facere, est nō amplius iam populare, sed si uera audire uultis tyrannicum. Ego sanè suaderem uobis, ut eorum quæ inuenistis à Senatu humanissima, nullo absistatis: eorum uero quorum uos potiri finientes inimicicia minime postulastis, ne nunc quidem ullum usurpetis. & ut clarius uobis fiat, quod nec iusti nec moderati aliquid postulāt ductores plebis, sed iniqua expetunt & impossibilia, transferentes rem in uobis ita ipsi considerate: ac putate Senatores obijcere eis qui res uestras administrāt, quod malignos de Senatu inter uos dispergāt sermones, dissoluantq; patrium optimatum principatum, seditiosamq; efficiant ciuitatē, hæc omnia dicentes uera (nam ita faciunt, & quod omnium est grauissimum, potentiam complectūtur maiorem, quàm sit eis concessa, indemnatum conātes occidere quemcunq; nostrum eis libeat) & quod impune necari oporteat qui hæc faciunt. quonam animo ferretis ipsi Senatus arrogantiam, & quid diceretis? an non utiq; indignaremini, & uos grauia pati diceretis, si quis istam à uobis licentiā libertatemq; auferret, ultimum denuncians periculū ijs, qui pro plebe liberam uocem emitterent? nō certe aliter licet dicere. & postea quę uos minime sustinetis pati, ea alios patiētes perferre

perferre iustum ducitis, ciuilia ó plebeij, moderatáq; uolentes talia consul-
ta uestra? non utiq; cõfirmatis calumnias in uos ueras esse? & qui consulant
uestram potentiam præter legem augeri non sinere, nonne iusta in cõmu-
ne commodum sentientes declaratis? mihi quidem sic uidetur. sed si uultis
contraria eorum quæ criminamini facere, me utentes cõsiliario agite mode
stius,& sermones quibus indignamini, ciuiliter,ac non iracunde implacabi
literq; perferte. Aderit enim facientibus hæc uobis uideri esse bonis, & his
qui se inimice habeant erga uos pœnitere. Iusta igitur hæc exhibentes uo-
bis magna,ut putamus, suademus uobis ne quid peccetis. commoda uero
& humana opera,quibus usi sumus,nequaquam uobis exprobrare uolen-
tes,sed mitiores uos reddere, præter uetera hæc nuper facta in reditu,quo-
rum quidem obliuisci nos uolumus, uos uero iustum est meminisse,coacti
sumus nunc inferre:cum oporteat nos pro multis ac magnis,quæ uobis ro-
gantibus elargiti sumus, hanc à uobis gratiam recipere, ne occidatis, neue
urbe ejiciatis amatorem ciuitatis uirum,bellóq; omnium clarissimum. ple-
ctemur enim plebeij credite non parum uirtute tali priuantes urbem. ma-
xime uero per illum ipsum uos dignũ est abstinere ira, memores quot ex
uobis seruarit per bella,nec sermones obijcientes uanos,sed pulchrorum re
minisscentes operum. Sermo enim huius læsit nos nihil. res uero gestæ ab
eo multum profuere. Quod si erga hũc habeatis uos implacabiliter, nobis
ipsum & Senatui postulantibus largiamini, & iam aliquando stabiliter
reconciliabimini,& esse urbem (ut ante fuit ab initio) unam facietis. Quod
si nobis suadentibus non conceditis, scite clare quod nec nos uobis uiolen-
ter agentibus,cedemus: sed uel causa amicitiæ omnibus sine dolo, & maio-
rum adhuc gratiarum, hæc tentatio plebis erit, aut intestini belli rursus, &
intolerabilium malorum initium. Talia percensente Minutio, uiden-
tes Tribuni modestia orationis & humanitate pollicitationũ subduci mul
titudinem, dolebant, ferebantq; ægerrime, præcipuéque C. Sicinius Bel-
lutus,is qui pauperibus persuaserat,ut à patricijs deficerent, eratq; dux ab
eis creatus,dum in armis essent, uir inimicissimus optimatum principatui,
ac propterea productus à ciuibus in claritatem, tribuniciamq; potestatem
iam bis consecutus. Isq; igitur sibi minime ducum omnium multitudinis
conferre putans,concordem fieri ciuitatem, & ornatum antiquum resume-
re: non enim honores, uiresq; easdem se habiturum suspicabatur, consti-
tuta optimatũ administratione, natus qui esset malus, educatus inglorius,
neq; facinus ullum clarũ belli domiúe edidisset, sed in extremis se futurum
periculis,qui seditionem concitasset,ac multorum Vrbi malorũ fuisset cau-
sa:excogitatis eis quæ dici agiq; oporteret, & cum collegis cõmunicato con
silio,ubi ipsos quoq; eiusdem esse uidit sententiæ,astitit, ac deplorans pau-
cis repulsas detinẽtes plebem,laudauit Consules quod oratione uoluissent
polliceri plebi,se non eorum neglecturos humilitatẽ.ac se patricijs gratiam

habere dixit, si qua ipsos iam cura subijt aliquando salutis pauperum: adhucq; magis testaturum se dixit apud omnes, si exhiberent similia uerbis opera. & his dictis, uisusq; moderatior in ira esse, conuertitur ad Martium (assistebat enim consulibus) ac dicit. Tu uero nō te apud ciues tuos excusas ó generose, de ijs quæ dixisti in Senatu? imò uero cur non oras & deprecaris eorum iras, ut imponant tibi pœnam moderatiorē? negandū enim non utiq; censerem tibi, tot scientibus hominibus: neq; esse ad impudentes confugiendū defensiōes. Martius qui sis, atq; maiorē habēs q̄ pro priuati modo elationem: nisi forsan pulchre habeat consulibus & patricijs persuadere de te plebi, tibi pulchrū non sit per te idē facere. Dicebat aūt hæc, non ignorans quod magnanimus uir ille, minime sustineret factus ipse accusator sui, tanq̄ peccasset ut pœna absolueretur petere, nec in cōmiseratiōes & preces præter morem suum confugere: sed quod aut omnino non dignaretur defensionem subire, aut innatam seruans arrogantiā, non utiq; subblandiretur plebi moderatior in sermonibus, quod ipsum etiam euenit. nam silentio facto, multaq; incidente plebeijs prope omnibus uolūtate absoluendi eum si tunc tempus ipse consuluisset, ostendit talem uerborum arrogantiam, adeoq; contempsit eos, ut progrediens negaret nihil dictorum à se Senatui aduersus multitudinem: neq; ut aliter de eis sentiēs, ad cōmiserationem precesq; conuersus est: imperareq; nulla in re iudices ipsos censuit oportere, tanquam nullam habētes eos legitimam potestatem. si q; se aliquis sub consulibus accusare uellet, siue operū satisfactionē repetens, siue uerborum, ubi lex est paratus erat iudicium subire. Transiens autem ad plebeios, dicebat (quandoquidem uocarent ipsi se) partim exprobraturum esse iniquitates eorum & cupiditates, quibus usi erant in secessione & in reditu: partim uero consulturum, ut iam aliquando cohiberent cōprimerentq; improbas cupiditates. posteaque conuersus ferocissime eos omnes attingebat, maximeq; Tribunos. Inerat enim sermonibus non ut ciuis edocentis populum probabilis uerecundia, nec ut priuati multis odiosi, temperans erga iras potentiorum cautio: sed ut inimici subiectos sine metu uituperantis impotens bilis, quædamq; grauis male patiētis hominis superbia. itaq; dicente ipso, multa exorta est tumultuatio hinc atq; illinc crebro distracta, ut in dissidēte nec eadem uolente multitudine, alijs quidem lætis ex sermonibus eius, alijs uero dolētibus. & ubi desijt loqui, maior adhuc clamor atq; tumultus astitit. nam patricij clarissimum uirorum ipsum appellantes fiduciam eius laudabant, solumq; ipsum ex omnibus eis liberum demonstrabant: ut qui neq; superuenientium hostium turbam timuisset, neq; ciuium idem arrogantes & iniquas leniret iras. plebeij uero ægre ferentes impropería, grauem illum & amarum, & plusquam hostes omnes sibi inimicissimum appellabant: multumq; prompti erāt iam aliqui, quibus erat multa facilitas, ad prehendendum eum, legeq; perdendum, assentiebanturq; eis in hoc,

remq;

remq; ſuſcipiebant Tribuni, maximéq; Sicinius tradebat talibus conſilijs habenas.poſtremóq; ubi multũ ſui decurſum fecit,animósq; incendit plebis,multum ſpirans finem accuſationi intulit: quod morti eum damnaret collegium magiſtratuum,cõtumeliæ in ædiles cauſa,quos heſterno die ducere ipſum iuſſos pulſans repulit.non enim eſſe aliquorum aliorum hoc imperium in miniſtros ſuos,quàm iubentium.& his dictis, duci eum iuſſit in ſuperſtantem foro collem. eſt enim locus is rupes uaſta, unde eis mos eſt deijcere aduerſarios. ibant igitur tanquam manu capturi ipſum ædiles: Patricij uero acclamantes alte, conglobatiq; impetum in eos fecere: deindéq; plebs in patricios:erátq; multus rerũ inornatus,multæq; ab utriſq; uerborum contumeliæ,& impulſiones,manuumq; ſuperuentus.deſiere uero tem peraréq; coacti ſunt motus,ui irrumpentibus in medios eos cõſulibus,atq; iubentibus lictores ſedare turbam. tanta erat magiſtratus eius uerecundia tunc hominibus, tamq; erat æſtimatus regiæ poteſtatis honor. quibus ex rebus mœſtus perturbatúsq; Sicinius, plenúsq; cautionis ne cogeret diſſidentes uiolenta uiolentis repellere,neq; dignans conatu abſiſtere, quando ſemel inceperat, neq; manere ualens in iudicatis à ſe, in multa cogitatione erat quidnam agi oporteret.uidens autem eum conſilij inopem Iunius dux ille multitudinis,qui machinatus erat quibus conditionibus fierent reconciliationes,uir cum in cæteris acer,tum ad uias inueniendas inuijs,adijt eum ſolum ſolus:ſubijcitq; ei,ne ſit ad contendendũ peruicax in conatu feruenti & iniquo:uidens patricios irritatos atq; paratos omnes ſi uocentur à conſulibus ad arma: plebisq; partem firmiſſimam dubitabundam, nec amanter ſuſcipientem,uirum omnium qui in Vrbe ſint illuſtriſſimum morti tradi, & eum quidem indemnatum. conſulebátq; ei,ut tunc quidem cederet,neq; obuius iret Conſulibus, ne maius aliquod malum ageret: uocaret autem in ius hominem,tempus quantumcũq; præfiniens:darétq; ciuibus calculos ferendos de eo per tribus: & quod plures decreuiſſent, faceret. eſſe enim tyrannicum ac uiolentum,id quod nunc conaretur perficere:præſidere eundem accuſatorem & iudicem,moderationisq; pœnæ dominum.ciuile uero eſſe,potientem defenſionis conſularem ſecundum leges,quodcunq; pluribus iudicibus uideatur pati. Perſuaſus eſt his Sicinius nullum uidens cõſilium melius, atq; progrediens dixit: Studium uidetis plebeij & acerba uiolētáq; opera patriciorum: quemadmodum uiro uno arrogãte totamq; lædente ciuitatem,minoris faciunt ueſtram multitudinem.nõ tamen opus eſt ſimilia iſtis fieri,& in caput nos trudi, incipientes bellum,aut defendentes.ſed quandoquidem decentem præmittunt quidam prætextum, legem quæ non ſinit indemnatum quenquam ciuium necari: cui legi auxilium ferentes,punitione hunc eripiunt: concedamus eis hoc iuſtum, quãquam nihil ipſi ab eis legitimum neq; iuſtum accipientes: & oſtendamus quod generoſis potiuſquã uiolentis uolumus meliores eſſe lædẽtibus nos ciuibus. *Sicinij uerba*

uósq; igitur nũnc abite,& uenturum expectate tempus,non multũ ipſum: nósq; interim parãtes quæ urgent,tempus ſtatuemus uiro dicendæ cauſæ, & ſub uobis iudicium faciemus.quando autem eritis calculorum ex lege domini,æſtimate eum quacunq; pœna inuenietis dignum:ac de iſto hæc tantum. De frumenti uero precio ac diſtributione, ut ex iuſtiſſimo fiat more, niſi aliqua his & conſulibus cura adſit, nos diligentiã adhibebimus. Et his dictis dimiſit concionem. Poſt hæc autem congregantes Senatum conſules,ſpeculabantur per otium, quænam fieret præſentis turbæ diſſolutio,uiſumq; eſt eis primũ quidem leniendam eſſe plebem, beniuola admodum commodáq; annona. poſteáq; perſuadendum præſidentibus ei,ut in Senatus gratiam quieſcant, neq; Martium in iudicium deducant. ſicq; minus perſuadeant,ut cauſam in longiſſima reiſciant tempora, donec iræ languidiores ſint multorum.Hisq; decretis,attulere S. C. de annona in plebem, laudantibusq; omnibus,confirmarunt: erat autem tale quiddam.Eſſe precium rerum uenalium cotidiani uictus, qualia præcipue fuerant ante ciuilem ſeditionem.à Tribunis uero multis petentes precibus, neq; integrã inuenientes remiſſionem,in quantum temporis poſtularunt dilationem accepere:machinabãturq; moram alteram,occaſione utentes tali.Legatos miſſos ex Sicilia à Tyranno,aduehentes populo frumentũ dono, abnauigantésq; deinde domum,Antiates miſſo piratico nauigio ceperunt, non multum auectos à portu:ac pecunias eorum,ut hoſtium, in emolumentum ſuum uerterunt,concluſosq; habebant eos in cuſtodia.Quibus rebus cognitis Coss.decreuerant exercitum in Antiates,quandoquidem miſſa eis legatione,nihil facere uoluerant iuſti. Habitóq; delectu robuſtorum exiuerant utriq;,decreto facto de dilatione priuatarum publicarumq; cauſarum,donec in armis eſſent. fuit autem tempus illud,non quantum ipſi putauerant, ſed longe minus. nam audientes Antiates exiſſe cum totis uiribus Romanos,ne minimũ quidem temporis ſunt aduerſati: ſed multis cum precibus placantes eos,corpora captiuorum Siculorum,pecuniásq; reddiderunt:ita ut coacti fuerint Romani,dimittentes exercitũ,in Vrbem regredi. Sicinius autem Tribunus,plebem in concionẽ congregans,prędixit diem,qua eſſet perfecturus iudicium de Martio. aduocauitq; plebeios qui in Vrbe erant, ut uenirent conferti ad cognitionem cauſæ: & qui per agros morabãtur, ut omittentes interim opera,eadem die pręſto eſſent,tanq; laturi ipſi de libertate deq; ſalute totius ciuitatis ſuffragia. denuntiauitq; Martio etiam ut adeſſet defenſioni,tanq; nullius non potiturus circa iudicia legitimorũ.Conſulibus autem deliberãtibus cum Senatu, uiſum eſt minime negligendum eſſe,fieri dominam tantæ poteſtatis plebem:inuentáq; eſt ab eis ratio inhibendi iuſta atq; legitima,qua utẽtes ſe omnia aduerſariorũ conſilia diſcuſſuros arbitrabantur. poſteáq; aduocatis in colloquiũ præſidentibus plebi, ut cum idoneis uenirent,dixit Minutius talia. Videtur nobis tribuni oportere

Ro.aduerſus Antiates

tere,ut totis uiribus seditionem omnem Vrbe eiȝciamus, nec ulla de re aduersus plebem peruicaces ſimus,maxime cum uos quoq; à uiolentis uideamus ad iuſta rationemq; uenientes. huius aũt ſentẽtiæ cauſa uos laudãtes, oportere putamus Senatum incipere,emittentẽ ipſum præcõſulta, ut mos eſt nobis patrius. poteſtis enim & uos atteſtari,quod ex quo Vrbem hanc condidere maiores noſtri,ſemp perſeuerarit habẽs hunc honorẽ Senatus: nec plebs unq; de aliquo,quod non ante ſenatus conſuluiſſet, iudicauit,aut tulit ſuffragia:nec nunc modo,ſed ſub regibus etiam quæcunq; Senatui uiderentur efferentes reges ad populũ ſanciebant. Ne uos igitur hoc ius noſtrum auferte nobis,neq; ueterẽ hanc conſuetudinẽ pulchramq; delete:ſed Senatum edocentes, cuius iuſtæ moderatæq; rei indigeatis, quodcunq; ei uidebitur, huius populũ declarate dominũ. Talia dicentibus Conſulibus, nõ recepit ſermonẽ Sicinius, nec illius Senatũ uolebat fieri rei dominũ.collegæ uero eius,Lucij utentes ſententia,concedebant fieri præconſulta,iuſtũ quiddã ipſi quoq; facientes prouocationẽ, quã non licebat cõſules nõ recipere.uolebant enim Senatores permittentes ipſis quoq; dicendi poteſtatẽ pro plebe agentibus, & ijs qui pro ea ſentirent, aut cõtraria uellent dicere, poſtq; omnes audiſſent cõſiliarios,quodcunq; eis uideretur iuſtũ Reiq;p. utile ipſos declarare: ferreq; omnes ſententiã, ſicut in examine,legitimo obſtrictos iuramento: & quod plures probarent ſententiæ,id eſſe ratum.concedentibus aũt Conſulibus Senatuſconſulta fieri, quẽadmodum poſtulabant Tribuni,ſic tunc diſceſſere.dieq; poſtero aderant in Curia ſenatores, quibus declarantes Conſules compoſita cum Tribunis, ipſos aduocarunt, iuſſeruntq; eos,de quibus uenirent dicere.progrediensq; Lucius,is qui conceſſerat præcõſulta fieri,talibus uſus eſt uerbis. Non uos quidẽ latet patres quod eueniet,quod apud plebẽ aduentus ad uos noſtri cauſa accuſatorem habebimus præcõſulti,uirum eã quã nos habentẽ poteſtatẽ:qui non oportere putauit ea,quæ lex dat nobis,à uobis petere:nec in partẽ beneficentiæ, quod debitum eſt,accipere.periculúmq;, nec id minimũ, reiȝcimus in iudicium ſubducti, ſed tanq; transfugæ proditoresq; dãnati turpiſſima patiemur.ſed quanq; horum non ignari uenire inter uos ſuſtinuimus,iuri fidentes,ac uos,ſicuti iurati eſtis,ſententias eſſe laturos.leues enim nos ſumus,ut de tantis dicentes rebus, & longe magis q; cõueniret inferiores. At nõ inanes ſanè res,de quibus dicturi ſumus adhibete igitur his mentẽ, ſicq; uobis uidebuntur iuſtæ,Reiq;p.utiles, addam etiã quod neceſſariæ, cõcedite uolentes ipſi nos eis potiri.dicã autẽ de iuſto primum. Vos cum reges expuliſtis patres nobis ſocijs,Remp.in qua nunc ſumus conſtituiſtis:quã non reprehendimus,uidentes ipſi deteriores in rebus iuſtis plebeios, quotiens aliquid eueniebat inter eos patricióſq; differens.erant autẽ ea multa.legẽ confirmaſtis,uſi P. Valerij ſententia alterius Conſulum, licere quibus plebeijs uis inferret à patricijs,prouocare iudicia ad Populum: nec tam re ulla alia,

Bruti oratio

De iuſto

quàm hac lege ciuitatem in concordia cuſtodiſtis, ſuperuenientesq; repuliſtis reges. hanc igitur proferentes legem de his, quibus læſi omnes uiolatiq; eſſe dicimur ab hoc Cn. Martio, uocamus eum ad Populum, iubemusq; ibi iuſta dicere. nec his opus præconſulto eſſe. de quibus enim leges non ſunt, de his uos eſtis præconſulendi domini. Populusq; decernendi. lege uero exiſtente immobili, etiam ſi uos nihil præconſulueritis, utendum eſt ea. non enim dicet hoc aliquis, quod priuatis, ſi lædi eos accidat, oportet firmam eſſe de iudicijs ad populum prouocationē, nobis uero Tribunis irritā. leges enim conceſſioni huic innituntur, ac propterea periclitaturi ſub uobis iudicibus uenimus. Non ſcripto aũt, nec lege poſito, natura iuſto aliquo, nolumus patres plus habere quàm uos plebem: neq; eſſe deterioris iuris eos, qui uobiſcum multa, magnáq; bella pertulerint, utq; eis uos liberarent, multam oſtenderint promptitudinem, & ut nullius imperata faceret ciuitas, ſed ea alijs iuſta facere imperaret, non minimam attulerint cauſam. ſic enim uobis haud minus Patres habere iuſtorũ dabitur, ſi nitentes in noſtra corpora, & inique in libertatem conantes agere coercebitis, iudicij eis ſubijciẽtes metum. magiſtratus enim putamus & præſidentias & honores oportere uirtuti ac fortunæ excellentium inter uos impertiri: lædi uero in nullo, ac quorumcunq; aliquis patiatur pœnas conuenientes ſumere, æqua eſſe & communia his qui eiuſdem participes ſunt ciuitatis cẽſemus iuſtum. utq; igitur iſtis uobis magnis & illuſtribus cedimus, ſic nobis æqua communiáq; relinquimus. & hæc ſatis de iuſto, cum multa alia dici poſſent. quod autem cõferat Reip. hæc fieri, quemadmodum cenſet populus, pauca me percurrẽtem patiamini. Age enim ſiquis uos roget, quod maximum putetis eſſe occupantium ciuitates malorum, & celerrimi exitij cauſam, an non utique ſeditionem dicetis? mihi enim ſic uidetur. & quis eſt ueſtrum tam fatuus aut abſurdus, aut ultra modum peroſus liberę uocis æqualitatem, qui non uideat, quod facta plebi poteſtate iudicandi cauſas quas ei licet ex lege, in concordia Remp. adminiſtrabimus? ſi uero fiant contraria, & auferatis nobis libertatem (auferetis nanq; eam iudicium legemq; adimentes) diſſidere nos rurſum cogetis? bellumq; uobiſcum gerere? ex qua enim Vrbe ſublatum eſt ius & lex, in eã ſeditio ſolet bellumq; ingredi. Quicunq; enim experti non ſunt calamitates ciuiles, minime quidem mirum eſt, ſi ob inexperientiam malorum nequaquam ferunt ægre, quæ fiunt grauia, neque inhibent multo ante euentum. Quicunq; uero, ut uos, in minima conſtituti pericula, cupide ſe exoluerint, facientes quæ tempus poſcebat diſſolutionem malorum, his quænam decens aut mediocris relinquitur excuſatio, ſi ſe in eaſdem adhuc fortunas conferant? quis non multam ueſtram damnet amentiam & inſaniam? cogitans quod pauloante ne diſſiderent à uobis plebeij, multa præter ſententiam toleraſtis, quorum quædam neque pulchra erant fortaſſe, neque utiliſſima: nunc autem

De utilitate

neq;

neque in pecuniis lædendi,neque in fama, neq; in alia prorsus rerum communiũ,ut gratificemini plebis osoribus,rursus plebeios impugnabitis? non uos quidẽ si moderati eritis. Libẽter enim uos interrogarẽ, quã sententiam tunc sumentes, nobis reditũ quibus uoluimus conditionibus cõcessistis, an eligentes per ratiocinationẽ optimum? an cedẽtes necessitati? Si enim ista opinati estis urbi utilissima,cur nõ eis adhuc statis? uel si ea necessaria,neq; aliter fieri recipientia,siue etiã ex ratiocinatione sint facta,rectũ cõmodũq; spectante ciuitatis,quid succensetis iã factis? Principiũ forsan oportuit non cõcedere si poteratis, cõcedentes aũt non amplius incusare quæ gesta erãt. Mihi emm uidemini Patres in recõciliationibus sententia usi optima,quibus quidẽ uenit necessitas, ut seruetis conuentiones factas. deos enim dedistis nobis sponsores fœderũ,multaq; & acerba imprecantes iis qui ea transgrederent,eorumq; posteris in perpetuũ. Ac quod iusta igitur postulemus & utilia,quæ uos ualde necesse est facere iusiurandi memores,non uideo quid oporteat plura apud scientes dicentẽ, molestiã uobis afferre. Quod autem non parua sunt, quæ nos urgeant, ne certamen hoc relinquamus,nec ui cedentes, nec fraude adducti, sed magna ipsi necessitate ad id uenimus,grauia & plusquam grauia ab hoc uiro passi,discite ó patres,imò reminiscamini(nihil enim, quod nesciatis uos omnes, dicamus) sensuq; utamini proprio,ad ea quæ dicentur: cogitantes si plebeiorum nostrum aliquis conaretur dicere apud multitudinem, aut agere aduersum uos talia, qualia ausus est Martius hic dicere,quali essetis Patres in eum affectu. sponsiones enim pro concordia Senatui immobiles, atque tantum non adamantinis uinculis firmatas,quas neque uobis qui iurati estis, neque nepotibus,aut posteris uestris, fas est dissoluere, quoad hæc Vrbs habitabit, primus ex uobis conatus est hic Martius dissoluere,anno nondum ex quo eæ confectę sunt quarto, nec silentio dissolutionem tractans, nec in obscurum quodammodo descendens locum: sed palàm hoc in loco uobis omnibus præsentibus sententiam declarans, quod potestatem Tribuniciam oporteret euertere, cui primæ soliq; libertatis custodi fidentes ipsi recõciliati sumus. nec in hoc perstitit insolentiæ,sed appellans contumeliam libertatem pauperum, potestatemq; æquam dicendi,tyrannidẽ,hæc adimi suasit nobis. & quod omnium longe impium postulatorum ab eo fuit,recordamini patres, cum dixit pulchrum esse tempus commemorandi plebeis omnes quæ fuerunt in prioribus obiectis iras: admonebatq; quẽadmodũ asperrime uixissetis ob incõmoditatem,ac iamdiu caruissetis necessariis alimentis,ut omnia ei permitteretis,detinẽtes forũ in eadem penuria cibariorũ. non enim resistere in multũ tempus nos posse,cibaria emẽtes pauca magno precio pauperes homines: sed abituros esse alios Vrbẽ relinquẽtes,& quicunq; remanerẽt infelicissimo perdendos fato. hicq; ita insaniuit. denique hostis erat uobis hæc suadens, ut nec illud considerare periculum potuerit, Senatum fœdera

De necessitate

dissoluere postulans:quod pauperes homines necessario alimonio excluſi, tanta ipſi multitudo, irent aduersus autores calamitatis suæ, nihil amplius amicum existimantes.siq;,ut furentes, uos sententiam eius confirmassetis, nihil utique relinqui medium: sed aut perditum iri omnem plebeiam multitudinem,aut patriciorum genus.neq; enim tam seruiliter nos exhibuisse/mus,alij ad excidendum patria,alij ad moriendum.sed deis Genijsq; testibus eorum quæ pateremur aduocatis,multis,scite clare, repleuissemus fora compitáq; cadaueribus: magnumq; sistentes sanguinis ciuilis craterem,sic utiq; suscepissemus debitam fato sortem.horum nobis malorũ euentuum patres introductor fuit,concionariq; talia oportere putauit Martius.At ea quidem conatus est dicere, ex quibus Vrbem dissidentem efficeret:agere uero qualia dixerat, non est aggressus. imò uero cateruam habens secum hominum ad ministerium omne paratorum, uocatus ad magistratũ, non modo non paruit:sed ministros quoq; nostros,cum iussi ducere eũ uellent, uerberibus afflixit. ac ne à corporibus quidem nostris postremo manus abstinuit:ita ut nobis liceat,quantum in hoc fuit, nomen decens inuiolabilis magistratus, ad irrisionem positum ducere, officium uero magistratui assignatum,nullo modo agere. Quo enim pacto nos alijs, qui se uiolatos dicant, auxilio erimus, quibus ne ipsis quidem adest securitas? His igitur contumelijs affecti pauperes ab uno homine, necdum Tyrãno,sed futuro: & hęc iam passi acerba,aliáq; Patres passuri ni pars uestrum maior obstitisset, non immerito fortasse indignamur, & auxilio aliquo potiri nec sine uestra simul indignatione oportere nos putamus,ad iudiciũ equũ,legemq; eum aduocãtes: de quo diuisa in tribus multitudo,concessa rogantibus dicendi potestate,iuratum latura est suffragium.age ibi ó beate ea,quę hic es dicturus, apud ciues omnes congregatos defendito: siue ab optimo sensu consuluisti his præclara,conferantq;,si fiant,ista Reip:siue quod nõ consulto uel insidians,sed indulgens iræ adductus es ad hęc dira admonẽda:siue quod non reddẽdæ rationi obnoxij sint,qui in hoc loco sententias efferunt: siue quia nullã habes defensionẽ aliam,refer te à superbis tyrannicisq; gloriationibus illis ad plebeium ó maligne:& iam aliquando,ut cæteri,in delictis cape deprecantis habitũ humilem & miserabilem,quemadmodũ calamitates poscunt.non uim afferens male passis, sed submittens te,seruari postula.fiat tibi clementiæ similitudo,qua utens eris apud administrãtes unà Remp.irreprehensibilis,minimeq; reprehendens ista horum bonorum opera: qui tot numero, quot nunc uides, tantasq; demonstrantes uirtutes bellicasq; & ciuiles, quas ne multo quidem tempore percensere esset facile, nullum crudelem,neq; superbum finem erga nos leues humilesq; intulere, uenerabiles ipsi & magni:sed sermones incepe cõciliatorios primi ipsi,porrigentes cõditiones,cũ nos ab illis diuisit fortuna, non ut sibi existimarunt habere optime,sed ut nos ipsi postulauimus fieri pmittẽtes:& has ultimas

Apostrophe ad Martium

nuper

nūper circa annonā offensas, quas eis crimini dabamus, dissoluere magni æstimantes. Omitto cætera. Sed de te ipso, déq; tua impietate quas nō adhibuerunt preces, apud omnes publice, & apud unūquenq; plebeiorū, pœnam tuam deprecantes? & postea quando Consulibus Senatuiq;, tantam urbem tuentibus, honestū fuit iudicem populū de quibus obiiciebat tolerare, tibi Marti honestū nō erit? próq; tua absolutione hi omnes rogare plebem minime putāt turpe, tu uero tibi hoc ipsum pudori ascribis? nec istud tibi generose sufficit, sed tanq; pulchrum aliquod peregeris, ceruicem attollis, magnificeq; concionans pergis, nihilq; remittēs flatus. trāseo quod maledicens plebi obiiciensq; & minās. & postea nō odistis Patres eius superbiam, si hic se tantis dignatur solus, quātis ne uos quidē omnes. Quem qui dem oportuit, si uos omnes pro eo bellum susc ipere uoluissetis, uestrā qui dem beniuolentiā promptitudinemq; diligere: cæterū priuatā gratiā cum iactura publica minime recipere, sed sustinere defensionē, pœnam etiā subeuntem si oportuisset, omniáq; patientem. Erāt ciuis hæc utiq; boni opera, & honestū exercentis ipsum operibus nō uerbis. Quæ uero agit nunc etiā, uiolenti ciuis uitæ sunt signa. qualis indicia uoluntatis, iūsiurandū transgredi, dextram, fidē datam fallere: interimere cōuentiones, plebē impugnare, in corpora ipsa magistratuū cōtumelioſe obsæuire, nec ulli horum obnoxium se facere, sed iniudicatū ipsum, inexcusatū, neminē rogantem, neminem timentem, nemini tantorum ciuium æquum se reddentē, sine metu circūuagari, an nō moris hæc sunt signa tyrānici? mihi quidē sic uidetur, & tamen horum sunt aliqui animantes ipsum, eiq; applaudētes, quibus quidem est odium insitum erga plebeios irreconciliabile: neq; possunt animaduertere, quod non magis aduersus humiliorem ciuitatis partem nascitur hoc malum, quàm aduersus etiam uenerabiliorem: sed id putāt, quod domitis differentibus natura partibus, futura sit penes se securitas. non sic habet sese ueritas ó sententia excidentes optima. sed magistrum capientes conatum, quem Martius exhibet, & tempus, & externis simul, domesticisq; exemplis ad modestiam redacti: cognoscite utique, quod tentata aduersus plebem Tyrannis, aduersus totam tentatur ciuitatem: & nunc quidem à nobis incipit, uictrix uero nec uobis parcet. Talia cum dixisset Lucius, tribuniq; alij, quæ ab illo relicta uidebantur commemorassent, postq; sententias oportuit senatorum rogari, primū quidem æuo maximi consulariū ex more à Cōsulibus uocati astitere: deinde illi qui his duobus inferiores eis erāt: postremóq; iuuenes, orationē habentes nullā. Erat enim tunc Romanis id pudori, neq; iuuenis aliquis sene sapientiorē sese haberi postulabat. confit marūt aūt sententias dictas à cōsularibus. erat enim statutū omnibus qui adessent, sicut in examine, cū iuramēto ferre suffragia. Verū Appius Claudius, de quo etiam dixi supra, tanq; maxime perosо plebē patriciorū omnium, neq; unq; ex reconciliationibus cum ea læto, non permisit S.C. fieri talibus

Appij Claudij oratio

talibus utens uerbis: Voluissem equidem sæpiusq; rogaui deos, me decipi sententia, quã de plebis recõciliationibus habui: quippe qui nec pulchrum aut iustum, neq; utilẽ nobis opinabar exulum fore reditum. semperq; quotiens proposita est eius rei speculatio, primus primũ omnium postremóq; solus, cum mihi cæteri obsisterent aduersatus fui. uobis uero senatores spes in melius concipientibus, plebiq; omnia iustáq; & iniusta prompte largientibus, uisum est sentire prudentius. Postq; igitur, non ut uolebam sumq; precatus deos, sed ut putabam, res euenere, transeuntq; in inuidiã odiumq; gratiæ, reprehẽdere in uobis delicta, mœroréq; uos superuacue afficere, q̃d est facillimũ, & ut frequentius omnibus consuetum, id haud multo post futurum uidens, nunc sinã. Quibus uero præterita corrigamus quęcunq; omnino non insanabilia, déq; præsentibus melius sentiamus, ea conabimur dicere. Nec me latuit, quod insanire, moriturusq; aliquibus uestrũ uidebitur sententiam efferens de his liberam, neq; cogitãs quantis subiacet periculis oratio licenter habita, neq; Martij calamitates, qui non ob aliud nunc in discrimen uenit de anima, ratione discutiens. Sed non puto oportere quenq; maiorem suæ quàm publicæ securitatis habere rationem. datum enim est iam periculis uestris corpus meũ Patres, ac deuotũ de Rep. certaminibus: ita ut quicquid numini uisum fuerit, cũ omnibus, & cum paucis, sicq; necesse sit & solus, generose sim passurus. donec autem animam retineam, nullus me metus distrahet, quominus dicam quæ sentio. Primum quidẽ hoc iam aliquando scire uos clare uolo, quod infestam inimicamq; habetis huic Reip. cõstitutioni plebeiam turbam: & quodcunq; ei molliter concessistis, inaniter est uobis assumptum, fuitq; adeo contemptus uestri causa, quasi omnia sint à uobis necessario, ac non beniuolentia iudicióq; concessa. Considerate enim quemadmodum hæc plebs, cum à uobis desciuit, arma capiens, ausa est hostis palàm fieri, læsam quidem se ipsa nihil, sed non posse se creditoribus persoluere æs alienum simulans: cumq; ei decreuistis pecuniæ creditæ dimissionem, impunitatemq; eorum quæ per defectionem peccauerat, nullo amplius indigere se dixit. cognouerant plures uestrũ (non enim omnes decepti à consiliarijs) quod nunquam utile futurum esset, irritas facere leges de fide constitutas, ac nullius earum quæ tunc factæ erant iniuriarum reminiscí. non suffecit potiri ei hac gratia, cuius solius reminiscens, dixit factam esse secessionem. sed statim alterum munus petijt, maius isto & iniquius, potestatem sibi fieri creandi quotannis corporis sui tribunos: uim prætendens ea uestram, uti lęsis aut uiolatis pauperibus auxilium aliquod profugiumq; existeret: uti uero res habet sese, insidians ornatui Reip. inq; populare statũ constituere res uolens. & hunc uobis persuaserunt cõsiliarij magistratũ sinere urbẽ ingredi, malo ipsum aduenientẽ publico, maximéq; in Senatus inuidiã: me, si quidẽ meministis, clamante multum, deos Geniosq; & homines testãte, quid in Vrbem intestinũ bellum inextinguibilẽq; introducetis

Plebis insolentiam patefacit

introducetis? & quæcunq; euenere uobis, prædicente. Quid enim fecit nobis deinde hæc plebs frugalis postq; ei hunc etiam cõcessistis magistratũ? Haud moderata est tantam gratiã, neq; eam uerecunde & temperãter, sed ut à timentibus uim suam uobis & succumbentibus accepit. atq; sacrum & inuiolabilẽ designari oportere eum magistratũ dixit, iuramẽtis stabilitum, maiorẽ ipsa honorẽ petens q; uos consulibus dedistis. Toleraſtis hoc etiã atq; omnes super exta sacrificiáq; iuraſtis. quid igit fecit potita hoc quoq; ipsa? loco gratiæ habendæ uobis, seruandiq; morem patrium Reip. incipiens ab his plusq; debitis, & his utens iniquitatibus ut instrumento ad posteriora, leges intulit non ante consultas. de eisq; ferens suffragia præter uestram sententiam, eis quæ uos intulistis senatusconsultis mentem non adhibuit: atq; Consules, ut non recte tuentes ciuitatẽ, & egressos uestras pactiones accusauit. Multa aũt sunt, quæ nõ potest speculari humana ratiocinatio: sed non fortunã (ut dixi) sed intellectũ uestrum accusate, insidias à nobis fieri sibi simulans, ac timere ne libertatẽ sibi adimatis, eñciatisue patria, ipsa in uos ista machinatur. & quod timere se dicit ne patiatur, non aliud obseruans deprehenditur, q; ut præueniens faciat. declarauit sanè istud sæpius quoq; antea, & de multis quæ peregit reminiscamini. maxime uero in præsentia Martium hunc uirũ bellicosum, nec ex obscuris progenitoribus neq; ipsum uirtute quouis nostrũ inferiorẽ, insimulans insidiari sibi, ac malignas hoc in loco de se dicere sententias, indemnatum conata est occidere. ac si hanc rem non acerbissimã duxissent Cõsules, & ex uobis qui meliora sentiunt conuersi essent, compescuissentq; eorũ iniquitatẽ, una hac tunc die priuati essetis omnibus, quæcunq; patres multis acquirentes laboribus uobis reliquere, & quæ uos quoq; habetis ipsi, non minora q; illi discrimina subeuntes, dignitate, principatu, libertate: generosiores autem, neq; uiuere nisi uiuendum cum his bonis esset expetentes, etiã anima, priusq; hæc auferrentur, alij statim, alij non multo post. quid enim erat quod prohiberet, tam turpiter tamq; improbe Martio hoc arrepto, tanq; in solitudine: mecq; post hunc dilacerato ab inimicis, ac cæteris quicunq; unq; aduersati deinceps q; aduersaturi sint iniquis plebis cupiditatibus? Nõ enim ei suffecisset tollere nos duos è medio. nec hucusq; ea progrediens abstitisset iniquitate, si de futuro opus est ex prẽteritis coniecturam facere. sed à nobis incipiens, obsistẽtia sibi quæq;, nec cedentia, tanq; torrens irrũpens magnus, pertraxisset & asportasset, non ipsa quidẽ nobilitati parcens, aut uirtuti, aut ætati. Has uobis patres pulchras retributiões, pro ijs quæ accepit multaq; & magna, plebs alias iam retulit, aliasq; relatura est, nisi à uobis adsit quod prohibeat. Age illud nũc etiã cogitate, quod post hoc opus uestrũ generosum & modestum fecit, ut cognoscatis quonãmodo inferre ei uos oporteat. Illa igitur, ut uos uidit non ferentes amplius eius contumeliam, sed ire obuiam parantes iniuriæ, compescuit se: parumperq; recipiens, ut ex crapula aut

insania

insania, à uiolento quidem descendit, ad iudicium q̃ conuersa est, diem q̃ huic uiro dixit, ut iudicium subituro, cuius ea accusatrix & testis, iudex q̃ futura esset, magnitudinis q̃ supplicij domina. Vbi uero huic etiã obstitistis, existimantes non ad iudicium, sed ad supplicium uocari hominem, uidens ipsa quod nullius sit absoluti iuris potens, sed quæ uos ante cõsulueritis decernendi domina, ex arrogantia, quam tunc flabat, multa subducta nunc est, & uos rogatum uenit, ut hanc quoq; concedatis sibi gratiam. Cogitantes igitur hæc, sentitis iam aliquando & discitis, quod quæcũq; magis fatue quàm prudenter ei concessistis, calamitatem ac detrimenta uobis attulere: atq; ubi generose perstantes iniquis eius uiolentis q̃ aduersati estis, ista uobis in opportunum cõueniens q̃ exiuere. quid igitur scietes uos admoneo? & quam sententiam de præsentibus sum allaturus? Quęcunq; plebi elargiti concessistis dissoluentes aliquando inimicitiam, quoquomodo esse firma custodienda, neq; esse tunc concessorum quicquam non seruandum: non tanc̃ pulchra ipsa, & Vrbe digna, unde enim? sed ut necessaria, nec iam re-

Appij cõsiliũ cipientia correctionẽ. Quæcunq; uero præter ista uiolẽter & inique agens, inuitis uobis conatur capere, neq; ei cõcedenda esse, neq; permittenda, sed uerbis opere q̃ aduersari oportere, omnes simul & seorsum quem q̃. neq; enim si delinquit semel aliquis, siue ille exoratus siue coactus, opus est reliqua etiam similia peragere, sed illius potius memorem, ne cætera fiant talia considerare. Hæc sunt igitur, quorum uos omnes cõmuniter oportere esse scientes puto, atque parari aduersum iniustas plebis cupiditates. & ut hoc quoq;, de quo nunc consultandum est, speculemur, est id cæteris inceptis eius iniustis & iniquis persimile, ac quod non, ut tribunus uos decipiens conatus est ostendere, iustum sit & moderatum, discite qui hoc nondum clare scitis. Lex quidem quę est de iudicijs plebeiorũ, cui maxime innititur Lu-

Lex de iudicijs plebeiorũ cius, non aduersus uos scripta est patricios, sed ad tutelã uiolatorũ plebeiorum, ut declarat scribẽs ipse, nullã habẽs ambiguitatẽ, & uos omnes semper dicitis scientes probe. Magnum aũt huius est signum id quod iuris quoq;

De iusto omnis dubitabilis examen est optimum: tempus, decimus iam & nonus annus ex quo lex est hæc posita: in quo omni non habet Lucius, quã ostendat causam, neque publicam aduersus aliquem patriciorum tentatam per hanc legem, neq; priuatam ullam. Quod si dicet se habere, ostẽdat, nec amplius indigemus ratione. Conuentiones autem secundũ quas nuper dissoluistis cum plebeijs contentionem (oportet enim de his quoq; uos discere, quandoquidem prauus fuit enarrator earum tribunus) hæc duo concessa comprehendunt, liberari ære alieno plebeios. & magistratũ aliquem hunc scilicet creari quotannis, auxilij uiolatorũ, uim q̃ prohibẽdi gratia, aliud q̃ extra hæc nihil. Maximum autem argumentum, quod nec lex, nec fœdera dant iudicij aduersus patricios exercendi plebi potestatem, fiat uobis istud quod nunc plebs ipsa facit. petit enim hoc à uobis, tanquam non habens

prius

prius.nemo enim postularet accipere ea ab alio,quorum est lege dominus. Iustum autem natura patres, nec lege positum, quonam istud pacto esset: nam & hoc uobis Lucius spectandum putat: in plebeijs, si rei fiant à patricijs,siue ipsi accusent & persequantur,illas causas plebem iudicare:in patricijs neq; quando in iudicium uocent ipsi plebeium aliquem, neq; quando periclitentur,esse eos de cõtrouersijs iudices: sed istis quidẽ licere utraq; habere plus æquo, nobis uero neutrius horũ esse iuriũ participibus. Quod si aliqua in re læsit plebem Martius, siue alius quiuis nostrũ, estq; iustum eum mori, aut patria excidere, non apud eos ille iudicatus, sed hic pœnas, ut est iuris,dato:nisi forsan Luci plebs quidem erit æqua iudicatrix,neq; sibi in aliquo gratificabitur, ferens de inimico suffragia: hi uero si fiãt suffragiorum domini,pluris lædentẽ facient,quàm ab eo læsam Vrbem, execrationi obnoxij & periurio, odiumq; ab hominibus & à deis iram ex hoc iudicio laturi, & cum mala spe uicturi. Haud æquũ censeo uos plebeij ista de senatu coniectare,cui & honoribus & magistratibus,cæterisq; in Vrbe clarissimis,confitemini uos propter uirtutem cedere,magnasq; habere dicitis gratias uoluntatis,quam demõstrauit ad uestrum reditum. Pugnant enim hæc inter se, nec admittunt rationem: quos laudatis, hos timere:& eisdem permittentes maiora,in alijs diffidere.cur non una utentes sententia,aut omnia eis creditis,aut de omnibus diffiditis? sed ad iusta præcõsulenda idoneos esse ipsos existimatis:ad iudicandũ uero de eis quę pręcõsuluerint,minime idoneos.multa Patres alia quoq; habui,quæ de iustis dicerẽ. sed hæc sufficiunt. Ac quandoquidem de utili conatus est Lucius dicere:tanquã bonum quidem concordia sit,acerbum uero seditio: ac quod colentes plebem concorditer Remp. administrabimus, prohibentibus uero patricijs quos illi uolunt exulare aut necari,in intestinum constituemur bellum:multa habens quæ possem dicere, utar equidem paucissimis. Ac primũ quidem mirandam habeo Lucij dissimulationem, non ego sanè fatuitatem, si qui nuper in ciuiles actiones trãsierit, sentire putat utilia se melius, quàm nos qui in eis cõsenuimus,& Vrbem magnam ex parua fecimus. Deinde si se persuasurum nobis putauit, opus esse tradi unum inimicis deditum ad supplicium,& eum quidem ciuem nostrum nec obscurum nec inanem, sed quem ipsi bello clarissimum esse scitis,inq; uita temperatissimũ,& ad ciuilia administranda nemine inferiorem.& ista quidem ausus est dicere,sciens uos maximo pudori ducere,seruos,siue etiam inimicos, huc profugientes excludere hac humanitate. quod si contrarijs studentes Luci nos cognouisses, ergaq; deos impia sentientes,& iniusta erga homines agentes:quodnã opus cõsuluisses nobis isto grauius sustinere, ex quo funditus omnino omnes & dijs hominibusq; inuisi perderemur? nõ egemus te Luci consiliario, nec in ciuilibus deditionibus,nec in alijs rebus,quæ à nobis agẽdæ sint,ullis. neq; sensu peregrino nouorum hominum putamus oportere propria iudicari

De utili

De necessitate

commoda, qui ad hanc usq; ætatem sumus per multam experientiam infe
licium,feliciumq; bellorum transgressi.neq; minas quibus utentes nos ter
retis,non nunc primum à uobis inductas,sed iam sæpius & à multis uibra
tas timemus: sed tradentes solitæ mansuetudini eas, nequaq; attoniti feri
mus.sicq; facietis similia his quæ dicitis,repugnabimus,deos habentes pro
pugnatores & ulciscentes inceptores iniustorũ bellorum, hominumq; ma
num sociam non exiguam. Latini enim quibus nuper ciuilitatem æquã de
dimus,omnes nobiscum erunt, ut pro patria iam hac Vrbe certantes: atq;
deductæ coloniæ multæ hinc & bonæ,plurimi facientes metropolim suam
seruari,opem ei ferent.sicq; in necessitatem nos cõcludetis omnis undiq; au
xilij contrahendi,sustinebimus Luci seruos in libertatem uocantes,atq; ho
stes in amicitiam,& omnes homines in societatẽ spei de uictoria, obuiam
uobis ire.nullius autẽ horum opus sit Iupiter & dij cæteri Vrbem Romam
obtinẽtes:sed ad uerba usq; terribilia ista processerint, opus uero ex eis nul
M. Valerij oratio lum fiat minime gratiosum. & hæc quidem Appius Claudius dixit. M.au
tem Valerius,ille senatorum omnium populariſſimus, & qui in reconcilia
tionibus plurimã promptitudinẽ demonstrarat,manifeste etiam tunc ple
bi fauens,sermones habuit multæ curæ plenos,obiurgãs eos qui esse unam
ciuitatem non sinerent,sed plebeios à patricijs diuiderent,& ob paruas cau
sas bella exsuscitarent intestina.laudansq; eos qui putarent esse idem utile,
& cõmune,minoráq; omnia concordia existimarent.ac docẽs etiam, quod
si fieret,ut postulabat,iudicij plebs domina,& hanc acciperet quodammo
do à Senatu uolente gratiam,non usq; in finem fortasse exiret: sed conten
ta huius corporis potestatem habuisse, ea clementius q; acerbius uteretur:
sicq; rursus putantibus Tribunis omnino finem liti imponendũ legitimum,
fieret suffragiorum domina, absolueret hunc uirum crimine, illud quidem
erubescẽs periclitari corpus,cuius multa claráq; opera reminisci posset:atq;
reddens hanc gratiam Senatui, à quo eam potestatem accepisset, nulli re
rum moderatarum aduersaretur.adesse quidem iudicio cõsulebat, simulq;
defendere,postuláreq; à plebe ne quid grauius de hoc uiro sentiret,Consu
les senatorésq; omnes cæterósq; patricios, multos ipsos aduenientes. col
laturos enim non parum periclitanti hos etiam, neq; parui ad salutẽ ipsos
momenti fore.neq; ipsis tantum sententiam hanc habendam,sed aduocan
dos ab uno quoq; esse clientes suos, conducendósq; amicos: & si quos ha
berent plebeiorum ex collatis beneficijs familiares, esse eos suscipiendos,
essecq; ab eis debitam ante gratiam, nũc in hac suffragiorum collatione re
petendam.amatricemq; ciuitatis,prauitatemq; perosam & frugalem, non
paruam partem plebis fore demonstrabat:& hoc plus etiam,quod ad hu
manos casus pati aliquid, misereriq; eorum sciebat qui in dignationibus
essent,cum fortunæ suæ eis in humilia deciderent. Fuit quoque sermonis ei
plus ad Martium,cohortationem habens mixtam admonitioni,precémq;

necessitati

neceſſitati. Poſtulabat enim, ut quando ipſe cauſa eſſe ſegregandi plebem à Senatu inſimulabatur, propterq; morum arrogantiam Tyrannicus eſſe criminabatur, metuebantq; omnes ne propter eum initium fieret ſeditionis, & intolerabilium malorum quæ ciuilia bella afferunt: ne ueras faceret, confirmaretq; aduerſum ſe calumnias, perſtans in inuidioſa uita. ſed perſonam ſumens humilem, & eis qui ſe uiolatos dicerent corporis ſui poteſtatem exhibens, nequaquam fugeret iniuſtam criminationem ratione cum iudicio diluere: hæc enim ei cum ad ſalutem eſſe tutiſſima, tum ad ueram quam appetebat gloriam clariſſima: benegeſtisq; prius à ſe, fore conſentanea. Quod ſi eſſet contumacior potius quàm modeſtior, poſtularetq; Senatum pro ſe periculum omne ſuſtinere, malam cladem adhęrentibus, turpemq; uictoriam applicaturum ipſum demõſtrabat. eratq; eo in loco comprorans multum, & quæ urbes detinerent mala in ſeditionibus maxima apertiſſimáq; colligens: hæcq; multis cum lachrymis differens, nequaquam fictis ſed ueris, uir ætate dignitateq; excellẽs uirtutis. ubiq; permotum ſenſit ex his dictis Senatum, iam fidenter orationem aperuit. Si uero aliqui ueſtrum patres perturbantur, opinantes induci conſuetudinẽ in Vrbem malam, ſi concedatis plebi aduerſum patricios ferre ſuffragia, nec in bonum ullum futuram tribunitiã poteſtatem exiſtimãt, uim aſſumentem magnam: diſcant ſe falli opinione, contraria ſuſcipientes conuenientibus. Si enim aliquid aliud etiam futurum eſt huic Vrbi ſalutis cauſa, & ut nunquam libertate potentiáq; priuetur, concorsq; ſemper & una utens ſententia perſeueret, cauſa maxima futurus eſt populus, unà ad res gerendas aſſumptus: & quod unica non ſit Reip. adminiſtrandæ forma intemperãs, neq; per paucorum, neq; per populi principatum: ſed ex his omnibus mixta cõſtitutio, quod ante omnia nos iuuabit. facile enim in comtumelias iniquitatésque prorumpit, unaquæq; harum adminiſtrationũ per ſe ipſa exiſtens. Quando autem ſunt permixta omnia moderate, pars quæ aliquid commoueat, & à conſueto more declinet, ab ea ſemper, quæ ſapit & in proprijs permanet conſuetudinibus, coercetur. Monarchia enim ſi ſit arrogans facta, & ſequi incipiens tyrannicas appetitiones, à paucis uiris ſtrenuisq; deſtruitur. paucorum uero principatus ex optimis uiris conſtans, quo & uos nunc utimini, cum eſt diuitijs ſodalitatibusq; elatus, nec iuſticiæ, nec aliarum uirtutum ullam rationem habet, à populo prudente diſſoluitur. populus autem cõtinens, & ex lege adminiſtrans, cum inornatus eſſe incipit & inique agere, ab illuſtri aliquo ui occupatus ad iuſtũ æquumq; redigitur. Vos autem patres, ne tyrannis poteſtas fiat monarchica, quæ poſſibilia ſunt inueniſtis auxilia, duos pro uno Vrbis creãtes dominos, neq; eos in infinitum tempus, ſed in annum obtinere magiſtratum permittentes: nihilóq; minus cuſtodes eis deſignantes, trecentos ex patricijs clariſſimos uiros & æuo maximos, ex quibus Senatus conſtat. uobis autem ipſis, ut maneatis in conuenienti

Pulchre de eã mixta Reip. forma diſſerit

uenienti ornatũ,nullam hucuſq; uidemini cuſtodiam appoſuiſſe.nec de uo bis adhuc timui, ne ſenſibus corrumperemini ex magnitudine multitudi/ neq; bonorum,qui Tyrannide nuper Vrbem diuturna liberaſtis:necdum otium habuiſtis inferendæ cõtumeliæ aut laſciuiendi,ob bella crebra & di/ uturna. de eis autem qui ſint poſt uos futuri cogitans, quot quantásque fe rat longitudo temporis mutationes, uereor ne quid dimouentes ex Sena/ tu potentes homines, lateant æquum regimen conuertentes in Tyranni/ cam monarchiam. Si igitur in adminiſtratione Reip. ſocium quoq; aſſu/ matis populum, nullum hic orietur malum:ſed qui plus ſe quàm alios ha/ bere poſtulet, Senatu quoq; per ſodalitates adiuuante, conſpirare uolen/ tem agereq; iniuſte (omnia enim ueriſimilia opus eſt ante proſpicere de Rep.conſultantes) à tribunis uocatus ad multitudinem,magnus iſte & ue/ nerabilis, reddet plebi leui humiliq; rationem eorum quæ agit, & quæ in/ tendit.ſicq; agens iniuſte apparuerit,pœnæ ille qua dignus erit potietur.po pulum uero ipſum,ne luxuriet talis poteſtatis dominus,neue ductus à peſ/ ſimis ducibus, cum illuſtribus bellum gerat(ſolet enim in turba Tyrannis naſci) cuſtodiet, nec aliquid agere ſinet,præcellens uir prudentia,Dictator à uobis dictus:qui abſoluti quidem iuris,nec obnoxia utens poteſtate mor bidam eximet ciuitatis partem: & quæ nondum corrupta fuerit, non ſinet in peius ruere: conſuetudinésque & legitima & præclara uitæ ſtudia diſpo/ nens congrue, magiſtratusq; deſignans quoſcunque putet moderatiſſime tueri Remp: & hæc intra ſemeſtre tempus adminiſtrans, rurſum priuatus erit,honorem & is capiens,& nihil aliud.Hæc igitur cogitantes ipſi,& hanc formam adminiſtrandæ Reip.putantes optimam,à re nulla populum ab/ igite. ſed ut creare magiſtratus quotannis ciuitatis ductores, & leges alias ſancire poſſe, aliasq; abrogare, ac de bello pacéque cognoſcere, quæ ſunt maxima & principaliſſima eorum quæ in Vrbe perficiuntur, ei tradidiſtis: neq; eorum quicquam iuris eſſe Senatus feciſtis: ita iudiciorum quoq; par ticipem eum facite:maximeq; horum,ſi quis ciuitatem lædere inſimuletur, ſeditionem inducens: ſtruensúe Tyrannidem,aut cum hoſtibus de prodi/ tione loquens, aut talium malorum aliquod conetur agere. Quanto enim terribilius conſtituetis leges tranſgredi, conſuetudinesq; mouere, contume lioſis præcupidisq; plures oculos cuſtodesq; aſſignantes, tanto melius ha/ bebit uobis ſeſe Reſp. Quæ cum dixiſſet, hisq; ſimilia, ſiluit.Senato/ rum autem poſt eum aſſurgentium,præter paucos, reliqui in ſententiam eius ibant. & cum iam ſcribi S. C. oporteret,petita uenia dicendi,Martius ſic dixit.Qualis ego Patres erga Remp. fuerim, & quod propter meam in uos beniuolentiam in hoc periculum uenerim,& quod mihi præter ſenten/ tiam obuenerint ſenſus ueſtri,omnes ſcitis:adhúcq; magis ſcietis,cum hæc de me finem habeant. Poſtquam enim Valerij uincit ſententia,cõferuntq; hæc uobis, egóque malus fui futurorum coniector: ut & uos iamiam de/

Verba Martij

cretum

cretum ſcribentes,ſciatis quorum me cauſa plebi eſtis traditurí, neque ego ignorem qua ſim de re certaturus:iubete utique tribunos dicere coram uobis:quodnam iſtud eſt delictum,cuius me ſunt accuſaturi, & quod nomen inſcribunt cauſæ.Dixit enim hæc ille,putans ſe ex ſermonibus, quos in Senatu habuiſſet, iudicium eſſe ſubiturum: uolenſq; Tribunos fateri,quod huius noxæ cauſa eum accuſaturi eſſent. Tribuni autem inter ſe conſultantes,aſpirare tyrannidi ipſum inſimulabant:iubebant uenire eum ad hoc crimen defendendum,nolentes illi quod obiiceretur in unum crimen concludere,& hoc ipſum neque ualidum, neque Senatui futurum gratum: ſed & ſibi facientes poteſtatem quæcunq; uellent obiiciendi, & auferre ſe putantes Martio Senatus auxilium.dixitq; Martius. Atqui ſi ſum ſuper calumnia iſta iudicandus, do me plebeiis ipſe, & ſit nihil quod prohibeat decretum ſcribi. placuit etiam Senatorum plurimis de hoc crimine fieri iudicium duplici ratione: & quia minime calumnioſum futurum eſſet in ſenatoribus,quæ aliquis ſentiret dicere: & quia facile diſſoluturus erat hic uir calumniam,uitam ipſe æmulatus continentem & irreprehenſibilem. Scribiturq; decretum poſt hæc, tempusq; præſcribitur ad apparatum defenſionis,uſque ad forum tertium. Fiebant enim tunc Romanis,ut & nunc fiunt fora: in dies nonos quidam conuenientes ex agris in Vrbem plebeij, permutationes faciebãt rerum uenalium, litiumq; inter ſe iudicia accipiebant: & de publicis, quorum erant ex lege domini, & quæ permitteret ipſis Senatus, ferentes calculos, ea ſanciebant. dies uero ſeptem medios inter fora,coloni ijdem multi & pauperes in agris morabantur.Poſtea uero quàm decretum acceperunt Tribuni, progredientes in forum, multitudinem ad contionem aduocarunt: multamq; percenſentes Senatus laudationem,ac decreta eis legentes,diem prædixerunt, qua eſſent finem iudicio impoſituri, & qua omnes adeſſe poſtulabant tanquam de maximis rebus cognituros.Quæ ubi uulgata ſunt,multum adhibebatur ſtudij, & aduerſæ conueniebant inter ſe cateruæ,plebeiorumq; & patriciorum: horum ut qui ulturi eſſent hominem arrogantiſſimum: illorum uero ne fieret inimicis obnoxius,uti pro paucorum certans principatu. Videbatur enim eo certamine periclitari tunc utriſque uitæ ſimul libertatiſque ius omne. Inſtante autem foro tertio,turba ex agris,quanta nunquam antea, in Vrbem conueniens, forum prima luce tenuit: aduocaruntq; plebem Tribuni ad curiatam contionem, concludentes finibus loca fori, in quibus curiæ per ſe ſingulæ conſiſtendæ erant. ac tunc primum facta eſt Romanis calculos uiritim ferens contio curiata:multum quidem aduerſantibus patricijs, ne hoc fieret, centuriatamq; cogi poſtulantibus, ſicut patrius mos eis erat. nam antea, cum laturus erat populus ſuffragia de re aliqua, quam Senatus ei permiſiſſet, centuriatam contionem conſules aduocabant: ſacra prius perficientes, quæ lex eos iubet, & quorum adhuc aliqua uſque ad hanc æta-

tem fiunt.conuenit enim in campum Martium,qui ante Vrbē, multitudo
ſub centurionibus & ſub ſignis ſtatuta ut in bello: ferebantq; calculos non
* accipientes omnes,ſed per ordines quiq; ſingulos. Qui cum eſſent centum
Sex populi Ro.claſſes & nonaginta tres,in ſex diuiſi collegia,primum quidem uocabatur collegi/
um,ferebatq; ſuffragia id,quod ex eis conſtabat,qui maximi eſſent cenſus.
Accipiebantq; ijdem primum in bellis locum,in quibus ordines erāt equi/
tum decem & octo, peditum octoginta. Secundum autem calculiferum
erat collegium,inferioris cenſus hominum,& in prælijs ſubſequenti acie pu
gnantium,armaturamq; non habentium prioribus ſimilem, ſed leuiorem.
Eratq; hæc multitudo in ordines uiginti diſtributa, appoſitæq; eis erant
duæ centuriæ fabrorum & ærificum, & quicunq; erant alij bellicorum ope/
rum artifices. Tertium uero collegium ordines explebant uiginti,habe/
bantq; cenſum minorem ſecundo,& ordinem ſub illis inferiorem, armaq;
non eadem cum præcedentibus ferebant. Qui uero poſt hos uocati erant,
& minorem habebant cenſum,locumq; in bello tutiorem, armaturamqúe
habiliorem,diuiſi erant iſti quoque in uiginti ordines: coniungebanturqúe
duo eis ordines Cornicinum & Tubicinum. Quintum autem uocabatur
collegium eorum qui ualde parua cenſi eſſent pecunia, erātq; arma eorum
fundæ,lapidesq; miſſiles.Hi in acie non habebant locum: ſed nudi leuesq;
cum armatis militabant,in triginta diuiſi ordines. Pauperrimi uero ciuiū,
non pauciores ipſi alijs omnibus, ultimum accipiebant ſuffragium, unum
tantum habentes ordinem. Híque milites liberi ab ijs quæ inferebantur
ex deſcriptione, & tributorum quæ fiebant ſecundum cenſus immunes e/
rant, atque propter hæc utraque in ferendis ſuffragijs inhonoratiſſimi. Si
igitur eorum qui in primis erant ordinibus,quos equites explebant,& pedi
tum ij qui in bellis primum accipiebant locum,eadem ſentirent octo & no/
naginta ordines,imponebant ſuffragiorum collationi finem,neq; amplius
dabant alijs ordinibus quinque & nonaginta ferendos calculos.Si uero ali
quid inter eos differret, ſecundum collegium duorum & uiginti ordinum
uocabatur:& tertium,& ſic ſubſequenter:donec eadem cōſentirent ſeptem
& nonaginta ordines.ac multa quidem certamina finem in primis uocatio
nibus accipiebant,ita ut non eſſet opus amplius in aliquo ultimis: raro au/
tem ita diuiſa res incidebat,ut ad ultimum uſq; ſuffragium pauperrimorū
procederetur: & erat iſtud tanquam terminus diuiſorum in duo priorum
centum & nonaginta duorum ordinum:ut collatus ab illis calculus, ultimæ
cauſa fieret in alterutrā partē inclinationis. Pugnantes itaq; pro Martio,
hanc uolebāt ex cenſibus cōtionē,ſperātes forſan in prima uocatione octo
& nonaginta ordinū abſolutum iri hominē.ſicq; minus, in ſecunda aut ter/
tia. Tribuni uero ipſi quoq; eadē timentes,curiatā contionē oportere cōgre
gari exiſtimabāt,dominācq; eā facere certaminis:ne deteriores fierent pau/
peres locupletioribus:nec armatis inhonoratiorē haberēt locū tribules,nec
abiecta

abiecta in ultimas citationes plebeia multitudo paribus excluderetur suffragijs: sed æqua sorte ferendi suffragij & æquali honore omnes inter se facti, una euocatione per curias ferrent calculos. uidebanturq; ipsi ab alteris iustiora petere, plebeiũ esse putãtes oportere, nõ paucorũ principatus examen plebis, & de eis qui rem cõmunẽ uiolarẽt, cõmunẽ esse cognitionẽ omnium. Cõcesso igitur & hoc tandẽ uix à patricijs, ubi causam dici oportuit: ascendit primũ Minutius alter Consulũ, & quos sibi mãdasset Senatus sermones exposuit: primũ quidẽ beneficia cõmemorans quæcunq; à patricijs accepisset. deinde postulans, ut pro multis pulchrisq; operibus, unum ipsis usum redderent necessarium ad cõmune ciuitatis bonũ: superq; hæc cõcordiam & pacẽ laudans, & quantæ esset utrunq; horũ urbibus felicitatis causa colligens: seditionesq; accusans & intestinum bellũ, ex quibus urbes populosas demonstrabat euersas esse gentesq; totas perditas: cohortans quoque ne peiora q; meliora eligerent, iræ indulgentes, sed modesta ratiocinatione futura prospicerent: neq; pessimis ciuium uterentur consiliarijs, de rebus maximis consultantes, sed eis qui sibi optimi apparerẽt, à quibus multum sciebant pace belloq; adiutam patriam: quibus non utiq; iustũ censebat, ipsos tanq; mutata illa natura diffidere. Vnum autẽ principale erat sermone omniũ, ut ne unum quidẽ ferrent calculum aduersus Martiũ, sed maxime per illũ ipsum liberarẽt causa hominẽ: memores ipsi qualis fuisset hic uir in Rep. & quot bella correxisset gessissetq; feliciter pro communi libertate & principatu: & quod neq; pia neq; iusta facerent, neq; sibi conuenientia, male quidem ei memores uerborum inanium, pulchrarũ uero rerũ nullam habentes gratiã. esse quoq; remissionis tempus pulchrũ, quãdo ipse uenisset exhibens corpus suũ dissidentibus, amplexurus quancunq; de se illi habeãt cognitionem. Quod si respectu eius nequeat obtineri absolutio, sed acerbe implacabiliterq; sese habeant: tunc cogitantes quod Senatus pro eo rogans uiriq; adsunt trecenti Vrbis illustrissimi, patiantur aliquid frangantq; sententias: neq; propter inimici unius supplicium repellant preces tot amicorum, sed multorum & bonorum uirorum gratia pœnam unius despiciant. hæc & similia cum dixisset illum ultimum sermonem addidit: Quod si collatis suffragijs absoluerẽt eum uirũ, uiderentur, quia nihil plebs ab eo læsa esset dimisisse: si uero finem iudicij prohiberent, gratificati esse rogantibus pro eo apparerent. Desinente autẽ eo, progrediens Tribunus Sicinius dixit: neq; proditurũ se libertatẽ plebis, neq; sponte uolentibus permissurũ. sed si re uera exhiberẽt patricij eũ uirũ plebi ad iudiciũ, suffragia de eo ferrent, nihilq; aliud præter ista agerẽt. Postq; hęc Minutius: postq; inquit de eo ferri suffragia Tribuni uultis, nihil extra obiectũ ei crimẽ accusate. sed quãdo eum aspirare tyrannidi detulistis, hoc docete, déq; eo fidem facite. uerborũ aũt quę in Senatu dixisse ipsum aduersus plebẽ insimulatis, neq; reminiscamini, neq; accusate. liberatũ nãq; eum hoc crimine, & omni

Minutij uerba

alio, decreuit Senatus:& pro una tantū crimination e, quā uos habere aduersus eum fatemini,iustum duxit uenire ipsum in plebem. Posteaq; S.C. legit,& hæc dicens & obtestans descendit. Tribunorū autē primus disposuit accusationem Sicinius, multa diligentia multoq; apparatu, omnia quæcunq; egisset aut dixisset hic uir aduersus plebem, in constructionem referens tyrannidis: postq; illum etiam qui dicendo plurimū ualebant ex Tribunis. Vbi uero suscepit Martius sermonem, incipiens à prima ætate, percurrit militias quascunq; suscepisset pro Rep.& quot à ducibus coronas accepisset,præmia uictoriæ,hostesq; captos à se & in prælijs seruatos ciues:& ad unumquodq; dictorum præmia ostendebat ipsa,ducesq; exhibebat testes,atq; seruatos ciues nomine euocabat. Hicq; cū primum aderāt complorantes precantesq; ciues,ne qui ipsis causa salutis fuisset,tancq; hostem perderent,unam animam pro multis petentes ipsi,ac tradentes se pro illo,quibus ut uellet populus uteretur. erant autem eorum plures plebeij generis, multumq; Reip.utiles: quorum aspectum & preces pudori sibi plebs ducens,in misericordiam lachrymasq; conuertebatur. Vbi uero uestem scindens Martius, ostendit pectus plenum cicatricibus, omnemq; aliam partem corporis repletam plagis:interrogauit an eorundem esse hominum putarent seruare multos ex hostibus, & seruatos in pace perdere. sicq; tyrannidem affectans aliquis,plebeiam abigit ex urbe partem, per quam augetur maxime atq; fouetur tyrannis. Adhuc autem dicente eo, pars quæcunque plebis clemens & commoda,absoluendum clamabat:sibiq; pudori ducebat, quod causæ etiam subisset dictionem propter tales criminationes, ut qui toties salutem suam neglexisset ob custodiam salutis omnium. Quæcunq; uero naturæ erant in liuorem pronæ, & ad omnem seditionem mobiles,dolebant eum absoluturi: nec habebant quid aliud facerent, nullum inuenientes apparens affectatæ tyrannidis argumentum, de qua calculos acceperant ferendos. Quod cum uidisset Lucius,is qui uerba in Senatu fecerat,& ut S.C.scriberetur de hoc iudicio enisus erat: astitit,iubensq; silentium fieri, Postquam inquit ó plebeij dictorum à Martio in Senatu uerborum, & ex eis secutorum operum uiolentorum & superborum crimine absoluunt eum patricij, neque nobis accusare permittunt: audite quale opus aliud præter uerba, defensione indigens, peregerit hic uir generosus, quàm arrogans & tyrannicum:& qualem legem uestram dissoluerit priuatus ipse cognoscite. Scitis enim hoc certo omnes quod quorumcunq; bellorum spolijs nos potiri per uirtutem contingit,ea lex iubet esse publica:neq; horum,non priuatus dico aliquis,sed nec dux ipse copiarum est dominus: Quæstor enim ea capiens uendit,refertq; in publicum pecunias.& hanc legem, quam ex quo Vrbem hanc incolimus, non dico aliquis dissoluit,sed ne accusauit quidem,tanquam non habentem pulchre,Martius despiciens positam & dominam,solus censuit uiolandam, redigendáque in priuatos esse

L. Iunij Bruti oratio

esse communia nostrum plebeij spolia,anno proximo,nec iam pridem.faciẽtibus enim ipsis excursiones in agros Antiatum,ac multa corpora, multaq́ pecora, multum frumenti, multasq́ res alias complectentibus:neque ea quæstori demõstrauit, neq́ uendens ipse intulit pecuniam in publicum, sed diuisit prædam omnem gratificans amicis suis. Hoc autem dico Tyrannidis de eo argumentum esse, & quo enim modo non? qui in suos ipsius adulatores, corporisq́ custodes, & futuræ Tyrannidis administros, de publicis est beneficus pecunijs:legisq́ esse dissolutionem manifestissimam hanc dico. Duorum igitur alterum declaret Martius progrediẽs: aut quod amicis suis spolia, quæ de hostili regione ceperat, non diuiserit:aut quemadmodum ista faciens,leges non dissoluat.Quorum neutrum habebit iste quod uobis dicat. Vosmet enim utraq́ scitis,legemq́ & opus:nec est opus uobis suffragia reddentibus de eo iusta & iniusta cognoscere.Sinens igitur coronas præmiáque uictoriæ, cæteraq́ prodigia, ad hæc responde Marti: trado enim hunc sermonem iam tibi. Fecit autem accusatio ista magnam in alteram partem mutationem.Nam qui clementiores erant studebantq́ uiri eius absolutioni,his auditis, redditi sunt lentiores. praui uero moris omnes,quæ pars erat plebis plurima,ad perdendum omnino eum annitentes,magis adhuc sunt cõfirmati, tantam assumentes claramq́ occasionem. Fuerat enim distributio spoliorum uera, nõ ex praua electione,nec ad struendam Tyrannidem, quemadmodum insimulabat Lucius:sed ex optima mente, correctionisq́ detinentiũ Remp.malorum causa. Dissidente enim adhuc,& diuisa à patricijs multitudine, despicientes tunc Vrbem hostes, incursiones in regionem assiduas faciebant,prædámq́ abducebant.& cum Senatui uideretur ut uires ista prohibituræ emitterentur, non exibat plebeius aliquis: sed gaudebant, negligentes quæ fierent:manus uero patriciorum per se nequaquam erat ad plurimum idonea. quam rem uidens Martius pollicitus est cõsulibus,si permitterent ei ducatum,se exercitum eductum esse in hostes uoluntarium, pœnásq́ breui tempore ab eis esse sumpturum. sicq́ potestate data, aduocauit clientes & amicos, & ex alijs ciuibus, quicunque potiri uellet ducis alicuius fortuna per hostilem regionem & uirtute. Atque ubi ei uisa est digna prælio manus conuenisse, eduxit eam in hostes, nihil suspicantes:& irrumpens improuisus in regionem multis refertam bonis, factúsque prædæ multæ dominus,dimisit capta omnia miltibus diuidenda: ut qui operis participes fuissent emolumenta laborum sumentes,prompte alijs militijs occurrerent: & qui segniores fuissent, cogitantes quot commodis, quorum eos participes esse licebat, per seditionem caruissent,prudentiores in reliquas expeditiones fierent. Sensus enim huius uiri talis fuit: Turbæ uero subdolæ & inuidæ rem per se ipsam infeste perscrutanti,popularitas quædam uisa est,corruptióque Tyrannica: ita ut clamore & tumultu forum totum plenum esset, neque Martius

tius quid reſponderet haberet, neque conſul, neque aliquis alius, tanquã admirabili & inopinato apparente eis hos crimine. Poſtquam autem nemo alius defendebat, dederunt Tribuni curiis ferenda ſuffragia, pœnam liti inſcribentes exilium perpetuum, metu quantum arbitror, ne prehendere eum non poſſent, mortem inſcribendo. Vbi uero tulere omnes ſuffragia, dinumeratis calculis, non magnum diſcrimen apparuit: unà enim & uiginti cum eſſent tunc tribus, quibus dati ſunt calculi, nouem habuit abſoluẽtes Martius: ita ut ſi duæ eis tribus acceſſiſſent, ob ſuffragij æqualitatem, ex lege abſolui poſſet. ea prima prouocatio ad populum in iudicium aduerſus uirum patricium fuit: ab eóq; tempore iis qui poſtea præſidentiam acciperent populi, conſuetudo ſtetit uocandi quoſcunq; ſibi uideretur ciuium, ſubituros iudicium populi: hincq; incipiens plebs elata eſt magna. optimatumq; principatus multum amiſit priſtinæ dignitatis, ſenatores quoque fieri plebeios permittens, magiſtratus gerere concedens eis, præſidentiásque ſacrorum capere nequaquam prohibens, & alia quæcunque erant patriciorum ſolorum propria communicans: alia quidem neceſſario & inuitus, alia prouide & ſapienter: de quibus tempore opportuno dicam. Iſta tamen conſuetudo uocandi potentes in Vrbe homines in iudicium, cuius populus eſt factus dominus, multam exhibet uerborum materiam uolentibus aut laudare eam, aut uituperare. Multi enim iam æqui & boni uiri paſſi ſunt indigna uirtute ſua, male turpiterq; à tribunis uita ſublati: multiq; contumaces moriſq; Tyrannici, rationem coacti reddere uitæ ſimul & ſtudiorum, pœnas dedere debitas. Quando igitur mente optima cognitiones fiebant, purgabantúrq; elationes magnorum hominum cum ratione, magnum quiddam & admirabile res hæc uidebatur. quando autem ob uirtutem aliquis Remp. probe adminiſtrans, per inuidiam perderetur, acerbum quiddam cæteris uidebatur, accuſabanturq; conſuetudinis eius inceptores: ſæpiusq; conſultantes Romani, utrũ eam tolli oporteret, an ut acceperant à maioribus ſeruari, nullum finem conſilio impoſuere. Si uero opus eſt de tantis rebus me quoq; ferre ſententiam, mihi quidem conſuetudo ipſa per ſe cõſiderata, eſſe uideretur utilis, atq; Romanæ Vrbi ualde neceſſaria: melior aũt peiorq; fit ex moribus Tribunorũ. quãdo emm hac poteſtate funguntur homines iuſti & moderati, & qui maiorẽ publicæ quàm priuatæ rei rationẽ habeãt, is qui Remp. lædit dans pœnas quas decet, multũ terroris affert parantibus ſimilia agere: neq; bonus recto animo in Rep. procedẽs, cauſam inhoneſtam ſubit, aut in criminationes incidit à ſuis ſtudiis alienas. quando aũt praui & incontinentes homines, & lucri cupidi potiuntur hac poteſtate, fiunt his contraria: ita ut conſuetudinem corrigere tanq; delinquentem ipſam minime cõueniat: ſed ut uiri æqui bonique fiant plebis præſides inſpicere, neq; temere quibuſq; maxima permittere. Prima igitur Romanis incidens ſeditio, poſt eiectionẽ regum, tales habuit

Martij damnatio

Prima ad populum prouocatio in patricium

cauſas

cauſas,in hùncq̃ declinauit finem.Protraxi autem de his ſermonẽ,ne quis miretur quemadmodum tolerarint patricij plebem fieri tantæ potentiæ dominam, neq̃ cæde optimorum uirorum facta, neq̃ proſcriptione,ut in alijs multis factum eſt iam urbibus.Cupit enim in admirabilibus auditionibus quiſq̃ cauſam diſcere,& credibile in hac ſola ponere.cogitaui itaque quod mihi magni faciẽdum eſſet omnino, ut ſit ſermo credibilis hic quem dixi:eo uſque conceſſiſſe plebeijs potentiam ſuam patricios,& cum eis liceret uti principatu optimatum, feciſſe plebem rerum maximarũ dominam. Propter quas igitur cauſas conceſſum ſit, nõ reliqui, imò uero propter hoc omnes percenſui.& quandoquidem non armis alteri alteris uim inferentes & cogentes, ſed perſuadentes uerbis omnia compoſuerunt, maxime neceſſarium putaui orationes eorum percurrere,quibus uſi ſunt potentes tunc in utriſq̃ eis.mirarer utique ſi aliqui oportere putant ſe in bellis actiones diligenter ſcribere,& interdum circa unam pugnam ſermones abſumunt multos,locorum naturas, proprietatesq̃ armaturarũ,acierum modos, ducũq̃ cohortationes,atque alia enarrãtes,quæcunq̃ alterutris uictoriæ cauſa extiterint: ciuiles autem motus & ſeditiones deſcribentes, non putant oportere rationes enuntiare, per quas inopinatæ res admirabilésque perfectæ ſint. Si enim aliquid quoq̃ aliud magnum eſt Romanæ ciuilitatis ornamentum, & omnium hominum æmulatione dignum, mea quidem ſententia,opus & illud fuit, imò uero ſupra omnia admirabile & illuſtriſſimũ: quod nec plebeij patricios deſpicientes aggreſſi ſint eos,multamq̃ edentes præclarorũ ciuium occiſionem, omnia eorum diriperent: nec qui erant in dignationibus,aut ipſi p ſe,aut externis utentes auxilijs plebeiũ omne perdiderint, ſine metu tempus reliquum Vrbem incolentes: ſed tanq̃ fratres cum fratribus,aut cum patribus filij in cõtinenti domo,de iure æquóq̃ diſputantes,perſuaſione & rationibus contentiones diſſoluerint: intolerabile uero opus aut impiũ inter ſe agere nullũ ſuſtinuerint: qualia per ſeditionẽ egere Corcyræi,& Argiui,& Mileſij, & Sicilia omnis, urbesq̃ plures aliæ. Egóq̃ igitur propter iſta diligẽtiorem fieri, q̃ breuiorẽ narrationẽ malui: iudicet ut uolet quiſq̃.Finem igitur capiente tunc iudicio,plebs dimiſſa eſt ſtolida præſumpta gloriatione,exiſtimansq̃ perditũ optimatum principatum:patricijq̃ mœſti & humiles,criminãtesq̃ Valeriũ à quo perſuaſi plebi iudicium permiſerant. Eratq̃ ululatus & lachrymæ miſerantium comitãtiúmq̃ Martium. Ipſe uero neq̃ deflens caſus ſuos conſpectus eſt, neq̃ execrans,neq̃ aliud prorſus quicq̃ dicens aut faciens magnanimitate ſua indignũ.adhúcq̃ magis declarauit generoſitatẽ conſtantiamq̃ ſententiæ, *Coriolani constantia*
cum domum ueniens uxorẽ uidit & matrem dilacerantes peplos,pectúsq̃ ferientes, & qualia conueniens eſt dicere & agere in talibus calamitatibus maxime neceſſarios moriturorum, aut exilio damnatorum,exclamantes: nihil ad lachrymas & lamenta mulierum perturbatus eſt: ſed ſalutans eas tantummodo

tantummodo,cohortatusq; ad ferendum generose calamitates,filiosq; eis commendans(erat enim puerorum senior undecim annos natus, iuniorq; gremio adhuc tenendus)aliud uero nihil,neq; curæ habens quibus ei utendum esset in exilio, mature pergit ad portas, nemini aperiens ad quem locum esset demigraturus. paucisq; post diebus uenit comitiorum tempus, 264 Q. Sulpitius Sp. Largius Consulesq; creati sunt a Populo Q. Sulpicius Camerinus. Sp.q; Largius Flauus iterum. Turbationes aũt quędam inciderunt ex metu à numinibus Prodigia in Vrbe plures. Aspectus em̃ insoliti apparebãt multis,uocesq; audiebantur, cum adesset emittens nemo:fœtusq; hominum & pecudum multũ extra naturam emergentes,in incredibile,monstrosumq; ferebãtur:canebanturq; oracula in multis locis & sacrificationibus,fanaticæq; fœminæ diuina Morbus pestilens bant miserabiles Vrbi,grauesq; casus. Attigitq; morbus etiam quidam pestilens multitudinem, magnamq; partem corrupit pecorum: sed mors tamen hominum fuit non multa, sed ad grauem usq; ægrotationem is morbus ibat. aliquibus itaq; uidebãtur hæc fieri ex dei sentẽtia, irascentis quod ciuium optimũ patria expulissent: alijsq; nullum horum quæ fiebant esse dei opus, sed has esse passiones humanas omnes. Venit deinde ad Sena- T. Latini somnium tum ægrotans quidam super lectulo delatus, T. Latinus nomine,uir senior nec nõ satis diues, & colonus ruriq; uiuens partem maiorẽ temporis. hicq; in Senatum perlatus, dixit uisum sibi esse in somnis superstantem Capitolinum Iouem sibi dicere:uade Latine,& dic ciuibus quod quia mihi nõ dedere in hac pompa noua productum præsultatorem pulchrum,instaurent ludos, & à principio alteros perficiant:non enim istos recepi. secq; ait è somno astantem pro nihilo habuisse somnium, sed unum quiddam opinatum esse multarum esse illusionum. Deinde autem apparuisse iterum ait sibi in somnio simulachrum idem dei, ingrauescens & indignabũdum, quia non enunciasset Senatui quæ iussus erat: ac minans, quod si nõ statim hoc ageret, magno suo malo disceret numina minime negligere. Vidẽs autem secũdo hoc somnium,eandem ait se de eo opinionem habuisse. simulq; uerecundiæ duxisse se hoc opus suscipere, hominẽ senẽ & rusticanũ,ut ad Senatum afferret somnia inania atq; timorũ plena, ne etiam excitaret risum. Paucis aũt diebus deinde filiũ ait iuuenẽ & pulchrũ, neq; morbis,neq; alia manifesta causa correptum,subito esse mortuum: rursusq; dei imaginẽ apparentem in somnis declarasse,quod superbiæ & contemptus uerborũ suorum pœnã aliam iam dedisset ablato filio, aliam paulopost daturus esset. Quibus auditis dixit se sermonem ad uoluptatẽ accepisse, si mors sibi aduentura esset, negligenti uitæ. Deum uero haud hoc sibi supplicium apposuisse,sed in corporis membra omnia acerbissimos intolerabilesq; dolores iniecisse, adeo ut articulũ nullũ mouere sine ultima exterminatione posset. Tuncq; igitur cõmunicantem se cum amicis quæ accidissent, iussumq; ab eis, in Senatum uenisse. Narrãs autem hæc intra paruum tempus uisus est liberari

liberari doloribus:& ubi omnia enarrauit, exurgens è lectulo,deumq; inuocans,abijt pedibus propriis uadens per urbem domum incolumis.Senatus autem timore repletus est,& hiabat unusquisq; coniectare non ualens quid declararetur à deo, & quis cuius pompæ saltator productus non pulchre ei uideretur: deinde dixit quidã reminiscens rei gestæ,id quod ei attestati sunt omnes.Erat autem quiddam tale: Vir Romanus non obscurus tradens seruum suum morti,conseruos iussit ad supplicium eum ducere: & quo clarior fieret hominis ipsius punitio,per forum eum uerberantes trahere,perque si quis alius esset locus urbis conspicuus: cum duceretur pompa,quam ductura erat deo per id tempus ciuitas. Ducẽtes autem illi seruum ad supplicium extendentes ei manus utrasq;, paloq; alligantes, per pectus humerosq; & usq; ad iuncturas brachiorum transuerso, sequebãtur cædentes uerberibus nudum:illeq; ut in tali necessitate detentus clamabat,emittebatq; impias & infames uoces, quas exigebat dolor,motus quoque per afflictionem edens turpes.Hunc igitur existimarũt omnes eũ esse,quem indicaret deus saltatorẽ non pulchrũ. Ac postq; ad hanc historiæ partẽ ueni, nõ oportere puto ea,quæ per ludos ab eis fiunt,pertransire silentio:non ut mihi gratiosior fiat appositiones assumẽs theatricas,& sermones floridiores narratio:sed ut credatur necessariarũ rerum aliquid,quod Vrbem Romam incolentes gentes, Græcæ erant, ex illustrissimis deductæ locis, ac non ut quidam putant barbaræ & sine sedibus. Sum enim pollicitus in fine primæ scriptionis, quã de genere eorum componens edidi,innumeris confirmare coniecturis propositonem,consuetudines & iura, studiaq; prisca eorum exhibens, quæ usque ad hoc tempus seruant,qualia à maioribus accepere:nõ sufficere putans scribentibus ueteres ac locales historias, tanq; ab incolis accipientem aliquem digna fide percurrere,sed etiam testimonijs indigere eas multis, & uix contradictionem recipientibus, si credibiles uideri debeãt: in quibus prima firmissimaq; omnino credo esse,eas quæ fiunt in quaq; urbe circa deos & Genios patriæ significationes.Eas enim in longissimum tempus custodit Græcaq; omnis & barbara regio:neq; aliquid uult in eis innouare retenta metu iracundiæ numinum.Hoc autem maxime passi sunt barbari ob multas causas,quas nõ est locus nunc dicendi:neq; tempus usq; ad hoc præsens ullum dediscere eas,aut transgredi in aliquo persuasit,neq; Ægyptios,neq; Afros, neq; Gallos, neq; Scythas, neq; Indos,neq; aliam gẽtem barbaram ullam simpliciter: nisi aliqui aliquando in potestatem aliorum uenerint,coacti etiam in instituta transire uincentium. Romanæ uero urbi nunquam experiri talem fortunam contigit: sed ipsa iusta ubiq; alijs iam statuit.Erat ne igitur genus eorum barbarum? imò tantum utiq; abfuere,ut sacrificia prima gentilesq; dediscerent consuetudines,per quas in tantam prouecti sunt felicitatem,ut & alijs omnibus,quibus imperarunt,pulchrum statuerint honorare legitimis suis deos:nihilq; prohibiturum fuerit, barbarescere sub Romanis

De ludorum ritu

* Græciam omnem, obtentam ab eis ſeptimam iam generationem, ſiquidem fuiſſent hi barbari. Alius em̃ ſufficere putare poſſet, & ipſa quæ in urbe nũc aguntur, non parua ueterum inſtitutorum indicia opinari. Ego uero ne quis debilem eſſe fidem hanc ſuſpicetur, etiam per illam abſonam opinionem, quod Græciam omnem uincentes Romani, libenter utíq; meliores conſuetudines didicerint, domeſticas deſpicientes: coniecturam faciam ex illo tempore, cum nondum habebant Romani Græciæ principatum, neq; ullum aliud imperium tranſmarinum, Quinto utens Fabio fideiuſſore, nec ulla alia fide indigens. Antiquiſſimus enim uir ille omnium, qui de rebus Romanorum compoſuerint, atq; fidem non eorum tantum quæ audiuit, ſed eorum etiam quæ cognouit, exhibẽs. Hos enim ludos decreuit Senatus Romanus fieri, ut ante dixi, cum nũcupata ſunt uota ab A. Poſthumio Dictatore, pugnaturo cum deſciſcẽtibus Latinorum urbibus, conantibusq; Tarquinium in regnum reſtituere. abſumiq; decreuit quotannis in ſacrificia atq; certamina quingenas argenti minas, & uſq; ad bellum Punicum hoc impenderunt in eam ſolennitatem. In his autem diebus ſacris multa quidem fiebant alia Græcis legibus circa mercatus, hoſpitumq; ſuſceptiones, & nundinas, quæ multæ operæ eſſet dicere. Circa pompam autem & ſacrificium & certamina (ſufficiet enim ex his etiam non dicta perſcrutari alia) ante initium certami-
Circenſis pompa num mittebant pompam deis qui maximam habebant poteſtatem, à capitolio per forum ducentes ad circum maximum. ducebant autem pompam primum ipſorum filij puberesq; & habentes pompæ ætatem congruam: equites hi quorũ patres eſſent equeſtris cenſus: & pedites qui in peditibus militaturi erant: alij ſecundum alas & centurias, alij ſecũdum collegia & ordines, ut euntes in ludum aliquem: ut clarum fieret hoſpitibus id quod erat in uirilitatem tranſiturũ urbis robur, multitudoq; & pulchritudo qualisnam eſſet. hos aurigæ ſequebantur, quadrigæq; & bigæ & qui non uinctos agitabant equos. poſt hos autem Athleticorum certatores leuiumq; & grauium, nudi corpus reliquum, circumq; pudenda uelati. Hæc uſq; ad me conſuetudo Romæ perſeuerauit, quemadmodum fuit à principio apud Græcos: in Græcia diſſoluta eſt, diſſoluentibus eam Lacedæmonijs. primus enim nudare corpus aggreſſus, nudusq; in Olympijs currens quintadecima Olympiade Neanthus Lacedæmonius fuit. Antea enim pudori ſibi ducebant Græci omnes, nuda tota apparere in certationibus corpora, ut Homerus indicat, teſtis fide dignior ipſe & antiquior, cinctos faciẽs proceres. Nam Aia
* cis & Vlixis luctationem narrans in funere Patrocli dicit. Illi autem cincti ibant in medium certamen. Adhucq; certius in Odyſſea hoc clarum facit in pugna ceſtica Iri & Vlixis, his uerſibus: Sic fatus eſt: omnes autem laudauere. rurſus Vlixes cingebatur quidem pannis circum uerenda, ne apparerent femora pulchraq; & magna: lati autem apparebãt humeri, pectoraq; & grandia brachia. Egenum uero nolentem amplius pugnare, ſed territum

intro

introducens, hæc dixit. ſic autem dixerunt: Iro autem male fluctuabat animus: ſed & ſic proci adduxerunt, cingentes neceſſitate. Hanc aũt Græcis cõſuetudinem antiquam ſeruantes hucuſq; Romani, manifeſti ſunt nõ addiſcentes à nobis eam poſterius: neq; ut nos, cum tempore cõmutantes. Sequũtur deinde certatores, chori ſaltatorum multi, trifariam diuiſi: Primi uirorum, ſecundi imberbiũ, ultimi puerorum. Quos ſequuntur tibicines, uetares inflãtes tibicinulas breues, ut fit & nunc, citharœdicq; lyras ſeptichordes eburneas, & quæ barbita dicuntur tendentes: quorũ uſus apud Græcos obſoleuit ætate mea, patrius cum eſſet, apud Romanos cuſtoditur in omnibus antiquis ſacrificijs. Apparatus aũt ſaltatorum erant tunicæ puniceæ cingulis æreis ſtrictæ, enſeſq; dependentes, lanceæq; breuiores mediocribus, uirisq; etiam galeæ æreæ criſtis inſignibus penniſq; ornatæ. ductabant aũt ſingulos choros uiri ſinguli, tradentes primi alijs ſaltationis modũ, repræſentantes bellicosq; & uehementes motus: proceleuſmaticis, ut frequentius, rythmis. Græcũ igitur & hoc erat in antiquiſſimis inſtitutũ, Enoplia ſaltatio dicta Pyrrhica, ſiue Pallade prima in Titanorũ perditione per choros agere ſaltareq; cum armis uictorialia præ gaudio incipiente, ſiue adhuc antiquius Curetibus eam inſtituẽtibus, cũ lactentẽ Iouem uellent mulcere ſtrepitu armorum, motuq; membrorũ, & rhythmo, ut habet fabula. declarat aũt uetuſtatem huius tanq; gentilis Græcis Homerus, cũ ſæpe alibi, tum uero in clypei conſtructione, quem dediſſe Achilli dono Vulcanũ ſcribit, ſuppoſitis in eo duabus urbibus, alia ornata pace, alia bello male affecta. & in qua quidẽ meliorẽ fortunã ſiſtit, dies feſtos epulationeſq; faciẽs, & nuptias & luxus ut æquum eſt, hæc dicit. iuuenes aũt ſaltatores circumuertebantur: rurſuſq; in eis tibiæ & phorminges ſonũ emittebant: mulieres uero ſtantes mirabãtur in ueſtibulis unaquæq;. Ac rurſus alterũ ei ſcribens ornatũ creticũ, cœlibum & uirginũ chorũ: ſic dixit. in eo quoq; chorũ uariauit glorioſus utrinq; claudus, ei ſimilem, quẽ aliquando in Cnoſſo ampla ſtruxit Dædalus pulchricomæ Ariadnæ: ibi quidẽ cœlibes & uirgines quæſitrices boum ſaltabant tenentes manus alteri alterarum, uſq; ad iunctũrã brachij. ornatumq; eius enarrans, ut clarum nobis faceret q; motus eſſet mariũ Enoplius, hæc dicit. & hæ quidem pulchras habebãt coronas: hi uero gladios habebãt aureos ex argenteis cingulis. ducesq; ſaltationis eorũ tradentes alijs priuſq; incipiẽtes ſcribens hæc dicit. Multa aũt manſuetum chorũ circũſtabat turba delectantium. duo aũt ſaltatores per eos cantui præſidentes circumuertebant ſe per mediũ. nõ ſolum aũt ex certatoria & inſtituta ſaltatione chororũ, qua per ſacrificationes & pompas utebantur Romani, uideret aliquis cognationẽ eorum cũ Græcis, ſed etiam ex cõuiciali & mordaci. Poſt Enoplios aũt choros ducebant pompã Satyriſtarũ chori, græcam repræſentantes Sicinnam. Apparatus aũt eis erant, alijs quidem ut in Silenos conſueti, uilloſæ tunicæ, quas aliqui chorteas uocant, & amictus ex omni flore: eis uero qui ut in ſa-

Saltatorum apparatus

Enoplia ſaltatio

tyros,cincturę lumbares & hircorum tergora,& ſuper capita capilli recti uituli marini,& quęcũq; his ſimilia.Hi cauillantur,& imitantur ſtudioſos motus,transferentes in magnis ridicula.Declarant etiam triumphorum ingreſſus ueterem & gentilem eſſe Romanis, cõuicialem & Satyricã diſciplinam: conceditur enim adducẽtibus uictorias Iambos canere & iocari,mordereq; illuſtriſſimos uiros duces: ſicut Athenis licet pompã ferẽtibus mordere eos qui ſuper plauſtris,cũ cauilloſis dictis prętерſaltantes: nunc autem poemata canunt extemporalia. Vidi etiã in ſepulturis inſignium uirorum ſimul cum aliis pompis,pręductos lectulo Satyricos choros mobiles ad Sicinnam ſaltationem,maximeq; in beatorum funeribus. Quod autem neq; Ligurum, neq; Vmbrorum,neq; aliquorum aliorum barbarorum in Italia habitantium inuentum fuerit diſciplina ſatyrica & ſaltatio,ſed græcorum, uereor ne aliquibus moleſtus uidear, uolẽs plures per ſermones credi rem confeſſam.

Ioci triumphales

Poſt hos choros citharœdi congregati & tibicines multi procedebant: poſtq; illos ibant ferentes turibula,ex quibus aromata & thus per omnem uiam adolebant:& qui pompalia prætерferebant ex argento auroq; elaborata,& res ſacras & publicas. Vltima uero omnium ſimulachra deorum mittebant humeris uirorũ lata:formasq; ſimiles exhibebant,iis quæ apud Grę cos finguntur,apparatusq; & notas,& dona, quorum quiq; inuentores, & datores hominibus traduntur:non ſolũ Iouis,& Iunonis,Palladisq;,& Neptuni,& aliorum quos Græci inter duodecim deos numerant, ſed progenitorum etiam,ex quibus fuiſſe duodecim deos fabulãtur.Saturni quidem ad hæc Themidis, & Latonæ,& Parcarum,& Memoriæ,omniumq; aliorum, quorumcunq; ſunt delubra,templaq; apud Græcos:& eorũ quos fuiſſe poſtea fabulantur,ex quo Iupiter imperiũ ſuſcepit,Proſerpinæ,Lucinæ, Nympharum,Muſarum,Horarum,Gratiarum, Bacchi: & quorumcunq; Semideorum animæ relinquentes mortalia corpora, aſcendiſſe in cœlum dicuntur,& honores ſortiri diis ſimiles,Herculis,Æſculapij, Caſtoris & Pollucis, Helenæ,Panos,aliorumq; plurimorum.Quod ſi barbari fuiſſent hi qui Romam condiderunt,& hanc ſolennitatem inſtituerũt,quid eos oportebat colere deos Græcos omnes,& Genios? patriosq; negligere? Oſtendat igitur nobis aliquis gentem alteram præter græcam,cui patria ſint hæc ſacrificia,& tunc criminentur,ut non ſanã hanc demonſtrationem.

Dij ueterum

Finita uero pompa immolabant ſtatim Coss.& ex ſacerdotibus,ij quibus licebat,& ex Aruſpicibus.moduſq; idem erat qui apud nos:lotis enim & ipſi manibus,& ſacra pura circũpurgantes aqua, frugesq; Cereris capitibus inſpergentes: poſtea precibus uotisq; nũcupatis,immolare ea miniſtros tunc iubebant. Eorum uero alij quidẽ ſupra hoſtiam ſtantes,uecte tempora feriebãt: alij uero cadentibus ſupponebant ſphagidas.poſtq; hæc excoriantesq; & membratim diuidentes, primitias ex omni uiſcere,& ex omi mẽbro alio excipiebãt: quas farina farris inuoluentes afferebant ſacrificãtibus in caniſtris.Hiq; aris impo

Sacrificandi ritus

imponentes ſuccendebant, & infundebãt uinũ aduerſum purificata. unum quodq; autem horum quod legibus fieret conſtitutis à Græcis circa immolationem ex poeſi Homeri facile eſt cognoſcere. etenim lauantes manus inducit proceres,& utentes hordeis,ubi dicit: lauãtes autem manus, poſteaq; ollis hordei immittunt. decidentesq; crines à capite,& ſuper ignem ponentes,ſic ſcribens: ſed incipiens crines capitis in ignem iecit. uectibus ferientes frontes uictimarum,& cadẽtes eas immolantes, ut in ſacrificio Eumei facit: incidit autem incipiens,torre quercus reliquo coquens: hunc autem reliquit anima. hi uero mactantes aſſabant primitias ex uiſceribus capientes, & ex alijs mẽbris.& has farina aſpergentes & purificãtes ſuper aras,ut in eodem facit ſacrificio. ſuperponebat aũt ſemicoctis carnes crudas ſubulcus,undiq; incipiens de membris in pinguem hoſtiam, & hæc quidem in ignem iecit dealbans farinę flore.Hæc autem Romanos adhuc agentes in ſacrificijs uidens ſcio:hacq; una fide ſufficiẽte mihi,perſuaſus ſum, non barbaros fuiſſe conditores Romæ,ſed ex multis coeuntes locis Græcos.Pauca enim inſtituta circa ſacrificia & dies feſtos Græcis ſimilia perficere barbaros etiam aliquos recipitur: omnia uero hæc agere,incongruum.Reliquum eſt mihi etiam de certaminibus,quæ poſt pompã perficiunt,pauca percurrere. Primus quidem quadrigarum & bigarum, & non iunctorum equorum fiebat curſus,ſicut Græcis iampridem ad Olympia,& in præſens uſq; tempus. In equeſtribus aũt æmulationibus ualde priſca inſtituta duo, quemadmodum à principio ex lege lata ſunt,ſeruata adhuc à Romanis permanent.id quod de trium equorum curribus:quod quidem apud Græcos deſijt,inſtitutũ uetus & Heroicũ,quo in prælijs utentes Græcos Homerus facit: duobus enim equis iunctis quemadmodum iunguntur bigæ,tertius iuxta adhibebatur habenalis equus,contentus loris,quẽ à prætertrahendo ſimulq; iungendo, Pareoron uocabant ueteres.alterum uero apud paucas ſeruatum adhuc urbes græcas in ſacrificationibus quibuſdam uetuſtis, id quod eſt uectorum in curribus curſus.quando enim finem acceperũt equitum æmulationes,de ſilientes è curribus unà uecti cum aurigis,quos poetæ παραβάτας, Athenienſes uero ἀποβάτας uocant,ſtadialem certant curſum inter ſe ipſi. Finitis autem curſibus equeſtribus,hi qui corporibus ſuis certant tunc intrant, curſores,pugiles, & luctatores. tria enim athletica certamina apud ueteres Græcos hæc erãt, ut Homerus in Patrocli funere declarat. in mediſs autem Athleticorum temporibus,græciſſimam & præclaram omnium conſuetudinum oſtendũt: coronationes,& ſertorum impoſitiones facientes quaſdam, quibus honorant de ſe benemeritos,ſicut Athenis fiebat in Bacchanalibus: & ſpolia quæcunq; in bello cœperant oſtentantes, his qui in ſpectaculum conuenerant.Sed de his quidem neq; nullum ſermonem habuiſſe poſcẽte materia pulchre ſe habebat,neq; eum extendere pluſq; opus eſt decet:tempusq; eſt nos ad intermiſſam narrationem reduci. Vt igitur ea quæ geſta

Certamina poſt pompam

Tria certamina, curſores, pugiles, luctatores

erant à domino circa ductum ad supplicium & productum ante pompam cognouit Senatus, ob hoc innouatum putans à deo dici non pulchrum principem saltatorum, ut dixi, quærens eum qui ea lue famulum affecerat, dignamque ei imponens pœnam, alteros decreuit deo ludos, certaminaq; alteram à principio perficere duplicato priorum sumptu. & quæ sub his consulibus gesta, fuere talia.

ARGVMENTVM LIBRI VIII

Dionysij Halicarnasei de Antiquitatibus Romanis liber VIII præcipue Coriolani bellum cõtra Romanos continet. Cuius damnatio in priore fuit libro. narrat autem ut inceptum, ut gestum, ut sedatum. Orationes sunt uariæ, ipsius quidẽ Martij, & ad Volscos & ad Romanos: dein Romanorum & matris Veturiæ. Quæ uero post id bellum acta, hæc sunt. Coriolani mors. Bellum cum Hernicis, Equis, Volscisq;. Legis Agrariæ prima apud Romanos mentio per Sp. Cassium, propter quam is accusatus atque damnatus interijt. Postremo rursus cum Volscis bellum & Veientibus. Historia duarum omnino Olympiadum, hoc est annorum octo.

Olympias. 75 265 C. Iulius & P. Pinarius

POST HOC creati consules septuagesimatertia Olympiade, qua uicit in stadio Astylus Crotoniates, imperante Athenis Anchisa: Caius Iulius & Publius Pinarius Rufus, homines minime bellicosi, propterq; id maxime potiti per populũ eo magistratu, in multis magnisq; constituti sunt periculis, emergente ex illorum consulatu bello, per quod parũ abfuit, quin urbs à fundamentis euerteretur. Etenim Martius ille Coriolanus qui tyrannidis affectatæ causam ante dixerat, & exilio mulctatus erat perpetuo, ægre ferens eam calamitatẽ, uolensque pœnas de inimicis sumere, per quem modum & per quas uires id fieri posset considerans, unas inuenit eo tempore Romanorum æmulas, æquasque Volscorum uires, si una illi utentes sententia, potientesq; prudente duce Romanis bellum inferrent. Cogitabat igitur, quod si persuaderet Volscis, ut se susciperent, permitterentque ducatum belli sibi facile perficeretur id opus. Perturbabat autem ipsum conscientia, quod aduersum eos sæpius in prælijs grauia peregisset, multasq; eis urbes socias ademisset. Nec tamen abstitit, quin rem experiretur, propter huius periculi magnitudinem: sed ire in ipsa pericula cogitabat, patiq; ab eis quicquid tandem eueniret. Obseruata igitur nocte, eaq; tenebrosa, pergit Antium Volscorum urbium illustrissimã, quo tempore cœnabatur à ciuibus: transiensq; in domum uiri per genus opesq; præpotentis, & in rebus bellicis

Antium urbs Volscorum illustrissima

bellicis magnifice de se sentientis, & eam gentem totam maxima ex parte ductantis,cui nomen erat Accius Tullius, fit eius supplex sedentis ad focum. atque enarrans ei detinentes se necessitates,ob quas sustinuerit ad inimicos confugere, postulabat, ut moderate & humane sentiret de uiro supplice, neque amplius inimicum duceret eum,qui potestatis suæ esset, neque uim suam in infelices humilesque demonstraret, memor ipse quod non in eodem statu permanēt fortunæ hominū. Potes,inquit, hoc ex me ipso maxime cognoscere, qui in urbe maxima præclarus aliquando, præcellereque uisus cæteris,nunc desertus & sine urbe eiectus sum, id passurus quodcunq; tibi uisum fuerit. Polliceor autem tibi,me tantum boni esse facturum Volscis amicum factum, quantum mali peregerim inimicus. Si uero aliter cognoscis de me,utere quàmprimum ira,mortemque largire mihi tua manu celerrimam,immolans super tuum ipsius focum supplicem. Adhuc autem dicente eo, offerens dextram Tullius,& ab foco exurgens, confidereque eum iubens, tanquam nihil passurus esset uirtute sua indignū, magnam se ei gratiam aduentus ad se habere dixit,honorem quendam,nec eum paruum esse hunc demonstrans: Volscosq; se ei amicos pollicitus est facturum omnes, à patria sua incipiens, neque ullam mentitus pollicitationum. Tempore autem decurso non multo,cōsultantibus his uiris inter se, Martio & Tullio,uisum est mouendum bellum. Volebatq; Tullius quàm celerrime Volscorum uiribus assumptis omnibus, Romam ire dum diffiderent & habe-rent imbelles duces. Verum Martius putabat causam belli prius oportere piam iustamque instituī,docens quod dei omnibus rebus præsident, bellicisque præcipue, tanto magis,quanto eæ maiores sunt cæteris, & in incertos magis casus solent declinare. Erat enim eo tempore, Romanis Volsciisque laxamentum belli, sponsionesque & inducīæ paulo ante biennium factæ. Si igitur inquit,indenunciatum subitumq; inferant Volsci bellum, solui fœdera tu auctor eris,nec habebis numen propitium. Si uero expectas donec illi hoc faciant, repugnare ipse uideberis, ac solutis fœderibus opem ferre.quemadmodum autem hoc fiat,incipiantq; ipsi fœdus frangere, nosq; econtrario uideamur pium iustumq; inferre bellum, ego multa cum cura inueni. Oportet autē deceptos eos à nobis, inceptores iniquitatis esse. Modus autem deceptionis,quem hucusq; secretū habui,expectans tempus eius idoneum,te nunc opus accelerāte,cogor quis sit citius in medium efferre.Sacrificia & certamina peracturi sunt Romani magno sumptu illustrissima: aduenientq; spectaculi gratia multi ad eos hospitum.Hoc igitur expectans tempus,uade & tu,& quoscūq; Volscorum potes,ut ad spectaculum eant para:& cum in urbe fueris,iube aliquem necessariorū tuorum amicissimorumq; ire ad Coss. dicereq; eis secreto,esse noctu inuasuros urbē Volscos, & ad id opus uēturos esse congregatos. Scias ēm clare,quod si hoc illi

Coriolani ad Accium Tullium oratio

audierint, nihil dubitantes amplius, uos omnes urbe eiçient, exhibebúntque illi uobis iuſtam iræ cauſam. Hæc ut audiuit Tullius, lætatus eſt admodum, & id tempus differens militiæ, conuerſus eſt ad apparatum belli. Et ut affuit ludorum tempus, iam inito à Iulio Pinarioq; cõſulatu, præclara Volſcorum iuuentus ex omni urbe, quemadmodum uoluerat Tullius, ad ſpectaculum certaminum aderat: conſederantqúe plures eorum in ſacris publicisqúe locis, non habentes domos ad quas apud hoſpites diuerterent. & cum irent per compita, ut contubernales, ſodalesq; pertranſibant: ita ut ſermones de eis iam per urbem haberentur, & abſurdæ ſuſpitiones. cum interim adit Coss. ſubornatus index ille à Tullio, quemadmodũ propoſuerat Martius, & ut incognitã rem inimicis aduerſus amicos ſuos delaturus, iuſiurandum à Coss. accepit de ſecuritate ſua, & quod nemo Volſcorum ſciret, quis aduerſus ſe indicium detuliſſet. deinde affert confictum dolum. Verus uiſus eſt his uiris ſermo, ſtatimqúe à Coss. euocatus nominatim Senatus conuenit: atque productus index, fide etiam à Senatu accepta, apud eum quoque eoſdem ſermones habuit: cumq; ei etiam iamdudum res plena ſuſpitionis uideretur, ex una ſecum diſſidente gente iuuentutẽ tantam ad ſpectandum conuenire: accedente quoque indicio, cuius ipſi fallaciam ignorabant, uim aſſumpſit certam opinio. uiſumq; eſt omnibus, abigendos urbe eſſe hos uiros antequam ſol occideret, denunciandumq; per prçconem eſſe non parentibus mortem: curamq; emiſſionis eorum agere iuſſerunt Coss. uti ſine contumelia, & cum ſecuritate fieret. Hæc Senatu decernente, alij quidem diſcurrentes per compita edixere, ut abirent quàmprimum urbe Volſci omnes, exeuntes per unam portam Capenam dictam: alij uero demigrantes comitabantur ſimul cum Coss. ibiq; maxime conſpectum eſt quãta eſſet multitudo eorum, & ut robuſta omis, uno eo tempore perq; unam portam exiens. Primus uero eorum Tullius egreſſus eſt celerrime, atque occupans haud procul urbe locum opportunum, tardiores excipiebat. & ubi omnes conuenerunt, concione habita, multa uſus eſt inclamatione aduerſus ciuitatem Romanam, diram & occultam demonſtrans eam contumeliam, qua ab eis tunc Volſci affecti erãt, ſoli ipſi omnium hoſpitum expulſi urbe. Hæc in ſuis urbibus dicere iubebat quenque, eaq; agere quibus abſtineant Romani contumelia, pœnas dantes iniquitatis. & his dictis, & accenſis hominibus indignantibus hunc caſum, concionẽ dimiſit. Vbi uero demigrantes in patriam ſuam quiq; declararunt cæteris improperiũ, adhuc magis exaggerantes quæ facta erant, indignabatur quæq; ciuitas, neq; irã continere poterãt: legationesq; mittẽtes aliæ ad alias, poſtulabãt ut in unũ forũ irent Volſci omnes, ut ſententia cõmuni uti ipſi de bello poſſent. Fiebant autem iſta maxime cõcitante Tullio, cõueneruntq; ex omni urbe magiſtratus turbaq; multa alia in Ecetrana urbe: ea em̃ urbs pulcherrime uiſa eſt cæteris ad cõueniendum poſita. dictisq; multis uerbis à potentibus in quaq; urbe,

ſuffragia

ſuffragia lata ſunt,uicitqúe inferendi belli ſententia, tanquam Romanis in-
ceptoribus per inducias iniquitatis. De modo autem gerendi belli, propo-
nentibus magiſtratibus,ut conſultaretur,procedens Tullius cõſuluit eis uo-
candum eſſe Martium, percontandumq; ab eo,quonam modo ſolui poſ-
ſent Romanorum uires:optime enim omnium unum ſcire eũ qua languet,
& qua uiget res Romana. ſunt hæc approbata: conclamaruntq; omnes ſta
tim uocari uirum.aſtititq; Martius,nactus quam uolebat occaſionem,mœ-
ſtus ac lachrymans:atq; parumper ſe continens,huiuſmodi orationem ha-
buit.Si uos putarem omnes eadem de calamitate mea cognoſcere, non uti-
que neceſſarium putarem,de ea uerba apud uos facere. Verum cogitans q;
in multis differentibusq; moribus,ueriſimile eſt eſſe aliquos, quibus adſit
opinio neque uera neq; conueniens,quod non utiq; ſine cauſa uera & iuſta
me plebs patria expulerit: oportere omnino puto de exilio meo primum a-
pud uos omnes dicere.& per deos ferte me uos,etiam qui clare ſcitis me,per
currentem ea quæ ſum perpeſſus ab inimicis,& quàm non conuenienter for
tunam talem ſim expertus: neque prius audire cupite quid agi oporteat,
quàm qui uir ſim ſententiam efferens perquirere.erit enim breuis de his,eti-
am ſi altius incipiam,ſermo. Romanis quidem à principio fuit regimen ex
regibus & optimatibus: poſtea uero cũ rex ultimus Tarquinius uellet im-
perium in tyrannidem conuertere, conſpirantes in eum duces optimatum,
illumque urbe eiȝcientes, ipſi Remp.accepere,optimam & modeſtiſſimam
conſtituẽtes formam,ut fatentur omnes, Reip.Non multo autem ante hoc
tempus,ſed tertio aut quarto anno,pauperrimi inertiſſimiq; ciuium, prauis
uſi defenſoribus, & alia multa contumelioſe egerunt,& poſtremo principa-
tum optimatum conati ſunt diſſoluere. quas res quidem preſidentes omnes
Senatui ferebant ægerrime,& quemadmodum prohiberentur à cõtumelia
homines Remp.conturbantes,conſiderandum eſſe cenſebant:ſupraq; opti
mates oẽs ex ſenioribus Appius Claudius,maxime laudari dignus,& ex
iunioribus ego:ſermonesq; habuimus uterq; in Senatu omnino liberos,nõ
ipſi plebem impugnãtes, ſed ſuſpectũ habẽtes ȳdem improborũ principa-
tum: neq; trahere in ſeruitutem uolentes quenq; Romanorum,ſed adeſſe
libertatẽ omnibus: reddi tamen præſidentiã Reip.melioribus. quæ uiden-
tes improbiſſimi illi duces multitudinis, cogitarunt nos aperte aduerſan-
tes eis è medio tollere:non utrunq; illi ſimul aggredientes,ne res grauis in-
uidioſaq; fieret: ſed à iuniore me,facileq; captabili incipientes.Ac primum
quidem indemnatum conati ſunt perdere: deinde traditum à Senatu, uo
luerũt ad mortem rapere. Neutro uero horũ potiti me in iudiciũ uocauere,
cuius iudices ipſi futuri erãt, affectatæ tyrannidis crimẽ obȝcientes.nec hoc
aduerterunt quidem, quod cũ plebe bellũ tyrannus nullus gerit, optimati-
bus ſe applicãs: ſed cũ plebis auxilio potius,perdit urbis præclarã partem.
nec examen conſtituerunt etiam more patrio ſecundũ ordines aduocantes
concionem

Cn.Martij Coriolani oratio apud Volſcos

De conſtitutione Ro.Reip.

contionem: ſed quod omnes fatentur peſſimum, & quod in me primùm ſolumq́ fieret, in quo eſſent plus uirium habituri mercenarij, & ſine focis homines, alienis inſidiantes facultatibus, quàm boni iuſticq́ & ſeruare uolentes Remp. Tantum uero ſupererat mihi quod in nullo peccaueram, ut in turba etiam iudicatus, cuius pars maior odibilis bonorum erat, & iccirco inimica mihi, duobus tantum captus ſim ſuffragijs: deponentibus poteſtatem Tribunis, niſi ego damnatus eſſem: & ſe extrema à me paſſos dicentibus, omniq́ue ſtudio & promptitudine aduerſum me utentibus. Talia igitur paſſus ego à meis ipſius ciuibus, inuiuibile putaui mihi uitæ reliquum tempus fore, niſi pœnas de eis ſumerem. ac propterea cum mihi liceret ſine cura, ſineq́ue negotijs uiuere, ſiue in Latinorum urbibus, ſi uoluiſſem, propter cognationem: ſiue in Colonijs, quas patres noſtri nuper condidere: nolui equidem, ſed confugi ad uos, quos ſciebam eſſe in plurimis à Romanis læſos, & eſſe eis maxime inimicos, ut uobiſcum unà eos pro uiribus ulciſcerer, uerbis ubi uerborum, operibus ubi operum res indigeret. gratiamq́ magnam uobis habeo ſuſceptionis mei, adhucq́ maiorem honoris, quo me honoratis, neque iniuriarũ memores, neq́ cogitantes quæ à me per bella aliquando perpeſſi ſitis. Age igitur qui uir eſſem, ſi gloria & honoribus, quorum me potiri æquum erat, priuatus ab eis de quibus optime eram meritus, ſuperq́ue hæc patria, ædibus, amicis, dijs patrijs, ſepulchrisq́ progenitorũ, & ab omni alio abactus bono: apudq́ uos hæc omnia inueniens, cũ quibus bellum gratia illorum geſſi: non fierem in eos grauis, quos pro ciuibus inimicos habui: utilisq́ eis, quos pro hoſtibus expertus ſum amicos? Atqui ego ne in uirorum quidem ſorte eum ponerem, qui quidem, quod ſe oppugnet, non oderit, & quod ſe ſeruet, non diligat. Patriam autem nõ eam puto, quæ me abnegarit, ſed eam à qua alienus ipſe ſim ciuis factus: neque terram in qua læſus ſum amicam, ſed eam in qua ſecuritatem habeo, & cuius magnam (ſi aſpiret deus, ſintq́ noſtra ut æquum eſt prompta) ſpero celeremq́ mutationem fore. Scite enim hoc clare, quod multa experti iam Romani, nullos æque, ac uos timent: nec eſt aliquid, cui plus ſtudeant, quàm ut hãc gentem imbecillem demonſtrent: hincq́ alias bello captas ueſtras oſtentant urbes, alias autem amicitiæ ſpe deceptas, ne unà omnes uos cõmuniter bellum eis inferatis. Quod ſi uos iſtis contraria agere annitamini quod nunc facitis, facile eorum potẽtiam coercebitis. Quonam uero modo certandum, & quemadmodum ſit utendum rebus, quandoquidem uultis ſentẽtiam me meam declarare, ſiue in me experientiam atteſtantes, ſiue beniuolentiam, ſiue etiam utrunque, aperiam equidem, nec abſcondam. Primum igitur ut inſpiciatis moneo, ut piam iuſtamq́ue acquiratis cauſam belli. pia uero & iuſta quænam fiat, uobisq́ue utilis, audite. Romanis quidem ager à principio exiſtens paucus eſt & aſper: adiectus autem quem finitimis ademere, multusq́ue & bonus: & ſi læſorum unuſquiſque recuperare uellet ſuum, nil tam

Patria

Quomodo cũ Romanis bellandum docet

prauum

praūum,aūt imbecille,aut egenum quàm Romanorum urbs fieret. Ab hóc que igitur incipiendum uobis esse existimo, & mittendam ad eos legatio/nem reposcentē quas obtinent ex uestris urbes, & quæcunq; eis cōtigit mu/ro cingere in regione uestra relinquere eos postulantem,& si qua alia ui sibi uendicantes ex uestris habent,suadentem ut reddant. Bellum aūt nequaq; incipite,priusquā responsum ab eis acceperitis. Si enim ista facietis,fiet duo/rum uobis quæ uultis alterum: aut quod uestra recuperabitis sine periculo, sineq; sumptu: aut pulchrā belli causam,iustamq; suscipietis. Nam uos mi/nime aliena appetentes,sed repetētes uestra,nec his potitos,bellū gerere fa/tebūtur omnes,honestum pulchrūq; uobis esse. Age uero quid facturos pu tatis Romanos,uolētibus uobis ista? utrum reddituros loca? & quid deinde prohibebit quin abstineant alienis omnibus? Equi enim Albaniq; uenient & Etrusci,& multi alij suum quiq; agrū recepturi.an ea illos retenturos credi tis, nolentes quicq; iustum facere? quod sanè puto. Ipsi læsos uos ab eis di/centes,necessario ad arma uenietis,sociosq; habebitis quicunq; priuati suis, desperant se amplius ea aliter q; per bellū recuperare posse. Tempus uero optimū,& quale non aliud inuadendi Romanos,est insperatū à fortuna pa ratum læsis: in quo dissident habentq; inter se suspicioſe,adsuntq; duces eis belli inexperti. quę igitur me proponere sermonibus oportuit admonereq; amicos,omni cū beniuolētia & fide,dicta à me hęc sunt. Quę uero ad opera ipsa unaquæq; prouidere,machinariq; oportebit,ducibus copiarū uestrarū permittite cogitanda: meaq; aderit etiā promptitudo, & in quocūq; ponar loco,conabor nemine esse deterior,aut milite,aut cēturione,aut duce. sed ab/utimini me,sumentes ubicunq; uobis in aliquo sim profuturus. at scite clare quod si aduersus uos bellū gerens,obesse uobis multū potui,uobiscū quoq; unà pugnans multū prodesse potero. Et hæc quidē dixit Martius. Volsci uero adhuc dicente eo manifesti erant admirantes cum delectatione sermo/nes eius: & ubi loqui desijt,magna uoce omnes significarunt eū optima pro posuisse. neq; amplius rogantes quenq; sententiam confirmarūt. scriptoq; decreto,statim ex quaq; urbe illustrissimos uiros eligentes,legatos Romam misere. Martioq; decernunt cōsilij ius in omni urbe esse,magistratusq; licere ei ubicunq; gerere,aliorumq; ipsum omniū,quæcunq; erant honoratissima apud eos esse participē. ac priusq; expectarēt à Romanis responsa,operam ad apparatus bellicos omnē adhibebant, & quicūq; demissiore erāt animo afflicti bellis superioribus,tunc quidē omnes confirmabant,ut euersuri uim Romanam. Missi aūt Romam legati,& in Senatū introducti, dixere Vol/scos magni facere dissolutionē cum Romanis expostulationum: & ut in reli quum tempus amici sociq; essent sine dolo & fraude: futuramq; demōstra runt fidem ipsis certā amicitiæ,si agrum suum reciperent,& urbes quæ sibi à Romanis ademptæ erant. aliter enim neq; pacem neq; amicitiā firmam in/ter eos fore, esse em̄ læsum semper natura lædenti hostē. postulabantq; ne

Volscorum legati

se

se constituerent in necessitatem belli, iusta non impetrantes. Vbi uero hæc dixere legati, deliberarunt summotis eis inter se senatores: & ut inter ipsos conuenit de responso dando, uocatis iterum in Senatũ legatis, talia responderunt: Non latetis nos Volsci minime amicitiæ indigentes, sed decentem uolentes ipsi capere prætextum belli. Quæ enim à nobis repetitum uenitis, scitis clare uos non esse accepturos: utimini uero iniustis & impossibilibus. Si enim data nobis loca, postea cum usum uobis esset, repetieretis: fieret utiq; non reportantibus ea uobis iniuria. Si uero eis bello priuati estis, neque amplius eorum domini, iniuste agitis aliena appetentes. Nos enim præclaras ducimus possessiones quascunque bello uincentes capiamus, non primi ipsi instituentes hanc legem, neq; eam magis hominum quàm deorum putantes esse, cum Græcos omnes barbarosq; uideamus utentes ea: non enim quicquã nobis indulgemus molle, neq; sanè abstinere uolumus quæsitis bello. Multa enim esset prauitas, si quæ aliquis per uirtutem fortitudinemq; quæsiuerit, per metum eis stultitiamq; priuetur. Bellum autẽ ipsi gerere uos nolentes nõ cogimus, nec uolentes deprecamur. Si inceperitis, repugnabimus. Nunciate hæc Volscis, & dicite quod arma illi priores capient, nos posterius deponemus. Hæc responsa accipientes legati, retulere Volscorum concilio: conuocataq; post hæc concione, de communi gentis eius consensu decreuerunt aduersus Romanos bellum. Deinde duces belli eligunt Tullium q; & Martium, copiasq; conscribi decernunt, conferriq; pecunias, pararique cætera quorumcunq; indigere se putarent ad bellum. Cumq; esset dimittenda concio, assurgens Martius dixit: Quæ concilium commune uestrum decreuit, pulchre sese habent, ac fient quæq; tẽpore opportuno. dum autem scribuntur exercitus, paranturq; cætera habitura ut est uerisimile occupationes aliquas & moras, ego & Tullius opus exequemur. quibuscunq; igitur uestrum libet percurrere regionem hostium, multamq; prædam abducere, nobiscum ueniant: pollicemur enim uobis, si propicius sit deus, daturos nos uobis multa pulchraq; emolumenta. Adhuc em̃ imparati sunt Romani, nondum uires assistentes nobis uidentes ullas, ita ut nobis liceat quãtamcunq; uoluerimus regionem eorum sine metu percurrere. Recipiẽtibus autem Volscis hanc quoq; sententiam, exiuerũt duces propere, priusquam certa Romanis fierent hæc consulta, magnum educentes exercitum uoluntariorum militũ. cuius partem habens Tullius in regionem Latinorum irruit, ut auelleret illinc hostibus sociorum auxilia: reliquos aũt ductans Martius in Romanum agrum excurrit. & ut malo inexpectato accidente colonis, multa cepit liberorum hominum corpora, multa seruorum boumq; & iumentorum, aliorumq; pecudum numerum non paruum: frumentũ etiam quantumcunq; relictũ fuerat, & ferrum & cætera quibuscunq; regio colitur, partim diripiens, partimq; corrumpens: ad extremumq; ignem ferentes coniecerunt in caulas Volsci, ita ut non eas reficere multo post tempore

qui

qui amiſerant,poſſent.ſunt autem paſſa iſta præcipue plebeiorum prędia: nam quæ erant patriciorũ permanebant illæſa:ſiq; aliqui læſi erant,in mancipijs & pecoribus uidebantur læſi. erat enim hoc à Martio denuntiatum Volſcis,ut ſuſpecti adhuc magis fierent plebeijs patricij,nec ex Vrbe tolleretur ſeditio, ſicut etiã euenit. Vbi uero nuntiata eſt Romanis regionis excurſio, cognoueruntq; nõ illatam ex æquo omnibus calamitatem, inclamabant egeni diuites,tanquam ipſos inducentes ſibi Martium: excuſabantq; patricij, & eſſe ducis hanc uerſutiam quandam prauam demonſtrabant. opem uero amiſſis ferre aut ſeruare quæ ſupererant,propter ſuſpiciones inter ſe atq; proditionis metum uolebat nemo:ita ut per magnam licentiam Martius abduceret exercitum, ſiſteretq; omnes domi,paſſos quidem nihil graue,agentes uero quæcunq; uoluerunt,multisq; abundantes opibus. Venitq; paulopoſt Tullius ex Latinorum regione & ipſe magnis cum emolumentis: neq; enim illi quoq; exercitum habebant parem pugna ad occurrendum hoſtibus,imparatiq; erant, eueniente eis quoq; præter ſpem hoc malo.Ex hoc autem,ſpe elata eſt urbs Volſcorũ quæq;,ac citius quàm putaſſet aliquis conſcriptio facta eſt militũ,ſuntq; cætera ſumminiſtrata quorumcunq; exercitus indigebat. Vbi uero congregatæ ſunt copiæ, conſultabat cum collega Martius quemadmodũ in cæteris rebus uterentur. mihiq; inquit uidetur Tulli eſſe optimum diuidi copias noſtras biſariam. deinde alterum noſtrũ ductantem robuſtiſſimos manuq; promptiſſimos ire obuiam hoſtibus pugnaturum. ſiq; uenire ad manus nobiſcum ſuſtineant, una pugna de bello iudicandum: ſi uero timeant (ut ego credo,collecto nuper exercitu,ducibusq; inexpertis belli)in diſcrimẽ de omnibus uenire,peragrantem ipſum regionem eorum populari,ſociosq; diuellere,Coloniasq; euertere,omniq; malo alio quanto poſſit eos afficere. Alterum uero hic expectantem,cuſtodiam agere regionis & urbium:ne nos hoſtes lateant, incautis eis incidentes, rémq; turpiſſimam patiamur, quo tempore abſentia appetimus,præſentia amittentes. ſed hic manẽtem ducem opus eſt muros erigere quicunq; ruerint,repurgare foſſas atq; munire caſtella, ut præſtent colentibus regionem profugia:exercitúmq; alium cõſcribere,ſumminiſtraréq; emiſſis cõmeatum: fabricare arma, & ſi quid aliud neceſſarium fuerit propere ſuggerere. Do autem tibi electionẽ,ſiue uelis campeſtris exercitus, ſiue malis hic manentis dux eſſe,talia dicente Martio, admiratus eſt plurimum ſentẽtiam eius Tullius,ac cognoſcens alacritatem uiri, fœlicitatémq; in bellis,permiſit ei campeſtris exercitus ducatum.nihilq; tardãs Martius, copias Circeios duxit, urbem à Romanis colonis ſimul cum incolis gentilibus habitatam:capitq; prima inuaſione urbem.nam ut Circeij cognouere uictam regionem ſuam,& admotum muro exercitum, patefactis portis egreſſi ſunt obuiam hoſtibus inermes, poſtulantésq; ut urbem ſuſciperet: quæ cauſa eis fuit,ne quid paterẽtur intolerabile. neq; enim occidit quenq;

dux eorum, neq; urbe expulit. sed militibus ueſtimenta cibariáq; in menſem capiens,& pecuniæ moderatũ quiddam, exercitum abduxit, paruam ibi portionem copiarum relinquens:cum tutelæ incolentium cauſa, ne quid mali paterentur à Romanis, tum ne poſtea res nouas molirentur. Vbi uero nunciata ſunt Romæ quæ fierent, multo maior perturbatio atq; tumultus fuit: criminantibus plebem patricijs,quod bellicoſum uirum & alacrem ſenſusq; generoſi plenum falſo crimine circũuenientes urbe expuliſſent, parauiſſentq; Volſcis ducem:præſidentibusq; plebi & ipſis accuſantibus Senatum,& rem omnem eſſe conſtructam per inſidias eorum dicẽtibus,neq; bellum cõmune omnibus, ſed ſolis ipſis inducí cauillantibus: eratq; ſimul cum eis plebeiorum pars prauiſſima. exercitum uero conſcribere, aduocaréq; ſocios ac neceſſaria parare cætera,nemo propter ſimultates inter ſe, & in contionibus accuſationes in animum inducebat.quod uidentes æuo maximi Romanorum,ſeorſum quiſq; ac communiter ſuadebant plebeiorum ſeditioſiſſimis,ut deſiſterent à ſuſpitionibus accuſationibusq; patriciorum: docentes quod ſi ob unius illuſtris uiri exilium,tantum Vrbem periculum detineret,conſiderarent quid expectandum eſſet,ſi patricij multi uituperati à plebe,& ipſi idem ſentire cogerentur. ſicq; iſti cohibuere plebis inornatum.ceſſantéq; igitur tumultu hoc multo,conueniens Senatus, legatis qui aderant à Latinorum ciuitate petentes auxilium, reſpondit haud facile ſe poſſe auxilium in præſentia eis mittere:ſed illis permittere,ut exercitum ex ſuis conſcribant,ducesq; eligant proprios, & uires quantaſcunq; poſſint emittãt.Erat enim in fœderibus,quæ fecerãt de amicitia,ſecretũ hoc utrũq;. Conſulibus autem permiſerunt exercitum conducere ex deſcriptione,cuſtodiréq; Vrbem,atq; ſocios aduocare: In apertum uero copias non educere, donec omnia decenter fierent.confirmauitq; iſta populus. Erat autem breue conſulibus reliquum magiſtratus tempus,ita ut nihil potuerint decretorum perficere,ſed dedere ſemifacta omnia ſequentibus cõſulibus Sp.Nau
266 tio & Sex. Furio:qui exercitum quantum potuere conſtituerũt ex ciuili congregatione. atq; per faces ſigna,& ſpeculatores,in oportuniſſimis munitionibus ſtatuerunt, ne quid ignorarent eorum quæ per regionem fierent.pecuniasq; & frumentum & arma breui multa parauere domeſtica, quod in ipſis erat optima,nihilóq; eorum amplius indigere uidebantur.ſocialia uero non omnia prompte paruere, neq; ſponte ſuſcipiebant unà bellum, ita ut cogere eos nollent proditionem metuentes: iam enim aperte aliqua ab eis defecerant, Volſcisq; erant auxilio. Primi autem deficere incœperunt
Equi Equi,ſimul atq; inſtitutum eſt bellum trãſeuntes ad Volſcos: ſocietatémq; firmantes per iuſiurandum & exercitum mittentes Martio maximum & promptiſſimum. incipientibus uero iſtis, multi etiam aliorum ſociorũ adhærebant clam Volſcis, non ex decreto, nec ex communi ſenſu mittentes eis auxilia,ſed ſi qui uellent ultro eſſe militiæ eorũ participes, nõ auertentes

ipſi

ipſi,ſed incitantes.fuitq; intra non longū tempus tanta uis Volſcorū,quantam nunq; antea florentibus maxime urbibus ſuis habuerant. quā ductās Martius in agrum rurſus Romanum irrupit: ac conſidens cōplures dies populabatur eam partem quā primo incurſu omiſerat.Nec tamen habuit in hac expeditione amplius multorū capitum liberorū poteſtatē: nam contrahentes homines quę pluris erant pretij,prius adhuc fugerant,alij in urbem, alij in caſtella proxima,quorū aliqua erant munitiſſima.Pecora autem quæ abduci nō poterant,& paſcentes ea famulos cepit,& frumentū iacens adhuc in areis,frugesq; cæteras alias in manibus exiſtētes,alias etiā cōportatas corrupit.ac procurrēs uaſtansq; omnia, audente ei nemine occurrere, abduxit domum exercitum, grauē ipſum iam multitudine emolumentorū,perq; ocium incedentem. Volſci uero magnitudinē uidentes prædæ,deq; ignauia audientes Romanorū,qui antea ſine metu aliena deprædari ſoliti,tunc perferrent in conſpectu uaſtari ſua,gloriatione magna implebātur.erantq; in ſpe principatus,tanq; facile ſibi & in promptu eſſet uim aduerſariorum perdere: ſacrificabantqúe, & agebant dijs gratias, ſpoliorumq; repoſitione templa foraq; ornabāt:erantq; omnes in epulationibus & lætitia, Martiū cum delectatione admirātes,canētesq; aſſidue: tanq; eſſet in rebus bellicis unus omnium præcipuus, & dux qualis neq; Romanis,neq; Græcis,neq; barbaris adeſſet ullus.Maxime uero fortunam eius extollebant,cernentes omnia quæcūq; aggrederetur ſine labore ei ex ſententia euenientia: ita ut nemo ætatis militaris abeſſe ab hoc uiro uellet: ſed properarēt omnes futuri harum rerum participes,aduenirentq; ex quaq; urbe.Dux aūt ubi alacritatem confirmauit Volſcorū,fortitudinemq; hoſtiū in humilem & ignauam concluſit conſilij inopiam,in ſocios eorū,quicūq; ſeruabant fidem,duxit exercitū. ſtatimq; paratis oīibus ad obſidionem opportunis,in Tolerinos pergit, qui Latinorum erāt gentis.Hicq; multo ante præparati ad bellū, comportatisq; omnibus ex regione in urbem,excepere aduenientē eum,reſtiteruntq; tempus quoddam repugnātes è muris,multosq; hoſtium uulnerantes. deinde repreſſi à funditoribus, & uſq; in ſerum ueſperū fatigati,multas partes reliquerunt muri. quo cognito Martius iuſſit milites ſcalas ferre ad denudatas partes ualli.ipſe uero ſtrenuiſſimos aſſumēs exercitus,ad portas tēdit uapulans à turribus: atq; perrumpens uectes tranſgreditur in urbē primus. Erat aūt ſubſiſtens portis magna ualidaq; caterua hoſtium,qui excipientes eum fidenter,inq; multū tempus pugnantes perſeuerarūt. uerum multis eorum cadentibus,reliqui auertuntur,fugiebantq; diſperſi per compita:illeq; ſequebatur interficiens deprehenſos hoſtes,quicunq; armis abiectis minime conuerterentur ad preces: interimq; per ſcalas alij aſcendentes muros capiunt. hocq; modo capta urbe,eligens Martius ex præda quæcūq; deis repoſitiones & ornatus futura eſſent Volſcorū urbibus,reliqua militibus diripienda conceſſit.Erant enim capita ibi multa,opes multæ,frumenti multū, adeo ut

Martij irruptio Romanū in agrum

Tolerienſes à Martio capti

non facile esset ea uictores omnes una die efferre: sed ex successione agẽtes & ferentes,alia ipsi,alia super iumentis,multũ tẽpus terere sunt coacti. Dux aũt postq; pecuniæ corporaq; exportata sunt, relinquẽs urbem desertã,abduxit exercitũ:duxitq; ad Bolanorum urbem,quos & ipsos cõtigerat ante cognito egressu eius præparasse ad certamẽ opportuna. At Martius tanq; primo impetu capturus urbẽ in multas muri partes excurrebat.Bolani uero expectato opportuno tempore portas aperiunt,delatiq; per multitudinem in acie adornati ipsi irruunt in frontem hostiũ:multosq; eorũ interficientes, pluresq; uulnerantes,reliquosq; turpiter cogentes fugere, reuersi sunt in urbem. qua re cognita Martius(non enim cõtigerat præsentem eum fuisse cladi)cũ paucis mature affuit,& excipiens dispersos ex fuga,sistit eos & firmat: & ubi in ordines restituit copias,suboſtendens quæ agenda essent,iussit eos urbem aggredi per portas ipsas. Vtentibus aũt eodẽ conatu iterũ Bolanis, & confertis excurrentibus,non sustinuerũt eos Volsci:sed cedentes fugiebãt per decliue,ut dux eos monuerat.quam quidẽ fraudem nõ intelligentes Bolani persequuti sunt multum hostes: & ut longius ab urbe abfuere, habens Martius electos iuuenũ in Bolanos cõuertitur.Fitq; magna illic eorũ cædes, aliorũ repugnantiũ,aliorumq; fugiẽtium: quos ille persequens usq; ad portas propulsos,præuenit priusq; clauderẽtur portę ui intra muros irrumpẽs. atq; ubi dux ipse factus est portarũ dominus, secuta quoq; est cætera Volscorum multitudo,ac Bolani murũ relinquentes fugiebant domũ.Sicq; huius quoq; urbis factus dominus, pmisit militibus liberos in seruitutẽ trahere,pecuniasq; diripere:& quemadmodũ ex priore altera prædam omnem exportãs cũ tempore,licenterq; admodũ,postea incendit urbẽ:indeq; assumens copias,in Lauicanos duxit. erat enim ea quoq; tũc urbs Latinorum, ipsa etiã,sicut altera, Albanorũ Colonia,uolensq; eos perterrefacere incendebat regionẽ adueniens,unde flammã maxime uisuri essent. Lauicani uero murũ habentes extructũ,nequaq; territi sunt illius inuasione,neq; molle ediderunt quidq;:sed obstiterunt repugnantes generose,sæpiusq; ascendẽtes muros hostes repulerunt: neq; tamen in finem restitere, certantes pauci aduersum multos, ac ne minimũ quidẽ temporis unquã requiescentes. Fiebant enim insultus multi ex successione aduersum urbem totam à Volscis, cedentibus semper fessis,recentibusq; alteris adueniẽtibus:aduersum quos certantes oppidani tota die,neq; noctu quiescentes,ob lassitudinem coacti sunt muros deserere. Sicq; capiens hanc etiã urbem Martius in seruitutem eam redegit,permisitq; diuidi militibus emolumẽta,mouensq; inde uenit ad Pedanorũ urbem,Latini eã quoq; generis, instructũ habens exercitum: uiq; eam cepit simul ac propinquauit muris,& in eam quoq; eadem quæ in captas alias peregit.Exurgensq; mane die postero Corbionem uenit, eiq; propius muros existenti apertis portis oppidani obuiam processere, preces intendẽtes,ac murum sine pugna ei tradentes. Quos ille laudans tanq;

Bola capta à Martio

Lauici capti

Pedum captũ

optima

optima elegissent,uenire iussit ferentes exercitui ea quorũ indigebat, pecuniam & frumentũ.& accipiens quæcunq; imperarat, duxit copias ad Coriolanorũ urbem:quã tradentibus quoq; oppidanis sine pugna,atq; multa cum promptitudine exhibẽtibus fora rerũ uenaliũ,pecuniasq; exercitui, & quæcunq; alia imperauit,abduxit inde exercitũ,tanq; per amicam terrã.curabat enim hoc maxime,ne tradentes se ei urbes quicq; eorũ paterentur quæ afferre solet bellum: sed agrum inuiolatũ reciperent,& pecora & seruos, quoscunq; in prædijs reliquissent, auferrent.nec in urbibus habitare milites sinebat,ne quid mali per rapinam,siue per furtum fieret,sed apud muros castra metabatur. Ab hac urbe discedens exercitũ admouit Bolas urbem tũc illustrem,& inter paucissimas Latini generis exquisitam.Non recipiẽtibus aũt ipsum oppidanis, sed loco arduo fidentibus munitissimo eidem, multitudiniq́ue ab eo pugnanti, cohortatus milites Martius, ut alacriter dimicarent, & eis qui primi muros inuaderent magna dona pollicitus, aggressus est opus: fitq; pugna pro hac urbe ingens. neq; enim à muro tantũ repellebant adeuntes Bolani: sed portas quoq; referantes,conglobati excurrebant,uiq; instantes hostes detrudebãt per decliuia.cædesq; fuit ibi Volscorum maxima,tempusq; oppugnationis multũ,eratq; omnibus uincendæ urbis spes dubia. sed absentiam amissorũ incertã dux faciebat,alios substituẽs,languẽtiumq; firmabat promptitudinẽ,delatus ipse ad partẽ exercitus laborantẽ. Erant enim nõ uerba ei tantũ ad erectionem animorũ,sed opera etiã inductiua:cũ periculũ subiret omne,nulloq; conatu absisteret, donec captus est murus.uicta uero hac quoq; cũ tempore,captorũq; alios iure belli perdens, alios captiuos ducẽs,exercitũ abduxit illustrissimã adeptus uictoriã, spoliãq; abducens plurima atq; pulcherrima,multasq; pecunias. erant enim illic, quantę in nulla alia captarũ urbium.Ditato autem exercitu,parentq; ei regione quamcũq; peragrabat,nulla alia aduersabatur urbs præter Lauiniũ, quam urbem primam descendentes cũ Ænea in Italiam Troiani cõdidere: & unde genus est Romanorũ ut declaratũ est à me supra. Etenim putabãt incolæ esse potius omnino grauia omnia sustinenda,q; in nepotes suos Romanos fidem relinquendã.Fuere igitur oppugnationes illic quædam peracres & crebræ ante munimẽta pugnę:neq; tamẽ ui captus est prima inuasione murus,sed esse opus uisum est tempore ad obsidionẽ & mora. Absistẽs itaq; oppugnatione Martius circũdedit urbẽ fossa, uallauitq; uias circũ custodiẽs,ne quis cõmeatus eis inferretur,neq; auxiliũ extrinsecus aduenire. Romani uero captarũ urbium excidium audientes, adhærẽtiumq; Martio necessitatem: atq; legationibus fatigati,uenientibus ad eos quotidie ab ijs, qui in amicitia permanebant, indigebantq; auxilio: Lauinijq; circumuallationem,quæ in manibus erat horrentes:siq; id oppidũ caperetur, uẽturum ad se bellum suspicantes,unam esse putabant rerum omniũ dissolutionem, si Martio reditum decernerent. ac plebs omnis clamabat,uolebantq; Tri-

Coriolani se dedunt

Lauiniũ urbs Troianis Aenea duce condita

buni legem de abroganda damnatione ferre,sed patricij aduersabantur eis, nolentes solui iudicatorum quicquam,non facto aũt S. C. Tribunis quoq; non amplius proponenda uisa est in populum sententia. quod est sanè admiratione dignum, qua tandẽ causa fauens prius Senatus Martio,tunc uolenti plebi eum restituere aduersabatur: utrum eius experiri uolens sententiam:an ut non prompte concedendo omnia,magis eã ad urgendũ impelleret:an dissoluere uolens calumnias in se,quod nullius eorũ quæ hic uir faciebat,causa ipse nec administer esset. Erat sanè difficile consiliũ eius secretum assequi coniectura. Audiens autem à transfugis quibusdam hęc Martius,ut ira tulit,propere assumens copias Romam duxit, sufficientem quoq; relinquens custodiam Lauinij,ac statim distans Roma circiter quadraginta stadia,circa fossas Cluilias uocatas castra posuit.Romanis uero præsentiã eius audientibus tantus tumultus incidit,tanquam statim adducturo eo ad muros bellum,ut alij arma capientes currerent super muros iniussi: alij ferrẽtur ad portas sine duce conglobati. alij autem armantes seruos super ædiũ parietes starent,alij arcem & capitolium,aliosq; munitos urbis locos occuparent:mulieresq; solutis crinibus ad delubra,sacellaque decurrerent,comploRantes,rogantesq; deos,ut ab urbe auerterent aduenientem metũ. ubi uero nox transiuit,atq; diei sequentis pars maxima,nec eorũ quæ timuerant fiebat aliquid,sed permanebat quietus Martius, concurrerunt plebeij omnes in forum,uocaueruntq; in Curiam patricios:atq; nisi præconsulerent uiro reditum,de se ipsis consultare aiebant uelle, tanq; proditis. tuncq; coeũtes in Senatum patricij,legatos decernũt mittendos ad Martiũ,quinq; ex æuo maximis,quos ille maxime uenerabat, de dissolutiõe ipsos belli amicitiaq; acturos. fuereq; isti: Marcus Minutius, Posthumius Cominius, Spurius Largius, Publius Pinarius, Quintus Sulpicius consulares omnes. Qui ubi ad exercitũ uenere, cognouitq; præsentiam eorũ Martius, sedens unà cum primoribus Volscorũ aliorumq; sociorũ in loco unde multi audituri essent q̃ dicerent, euocari legatos iussit. Quibus ingressis,dicere incœpit Minutius qui cõsulatus sui tempore pro Martio ualde enisus fuerat,aduersatusq; plebeijs maxime,dixitq; talia: Quod nõ iusta à plebe patiẽs,per turpe crimen expulsus es Marti patria,omẽs scimus:neq; mirũ quicq; putamus te facere, si ingrauescis indignarisq; hunc casum. Cõmunis enim lex hæc natura est omnibus,male agenti inimicũ esse male passum. Quod uero non cũ ratiocinatione temperanterq; exquisiuisti,quos ulcisci punireq; te sit conueniens, neq; agis moderate circa exactionẽ pœnarũ:sed in eodẽ ipse ponis sontes & insontes,& amica & hostilia,legesq; moues naturæ immobiles,cõturbasq; erga deos pia,neq; te ipsum,ex quibus,& quis natus sis,meminisi:istud mirati sumus,uenimusq; à ciuitate legati missi nos æuo maximi patriciorum, pro teq; promptissimi,mixtã excusationi ferentes iustam rationẽ,& quibus conditionibus postulemus te cũ plebe inimicitiam deponere nunciantes:superq;

Martius Romam pergens ad fossas Cluilias castra ponit

Legati ad Martium missi

Oratio Minutij Ro. legati ad Martium

perq; hæc,quæ putamus esse pulcherrima,tibiq; utilissima admonituri: in-
cipiaturq; à iusto sermo. Constitit enim aduersum te plebs instigata à Tri- De iusto
bunis,aduenereq́ue occisuri te indicta causa illi,quibus terribilis fueris. hoc
nos opus Senatores prohibuimus,præstitimusq; tibi,ut tunc nil iniustum
paterere.post hoc tibi diem dixerunt,prohibiti te interficere, obijcientes te
malos in Senatu sermones de se habuisse: restitimusq; huic etiam, ut no-
sti,neque permisimus te sententiæ neq; uerborum subire pœnas. exciden-
tes hoc etiam,postremo uenerunt ad nos accusantes te tyrannidis affecta-
tæ. hoc de crimine,quandoquidem tu ab eo multum aberas,causam dicere
sustinuisti,permisistiq; plebeijs de te ferre suffragium: intercessitq; Senatus
etiam,multas pro te preces exhibens. Cuius igitur nos patricij tibi acciden-
tium malorũ causa fuimus? & quare bellum nobiscũ geris,qui in te tantam
in certamine beniuolentiam ostendimus? atqui neq; plebeiũ omne inuen-
tum est te uolens expellere,qui duobus quidẽ suffragijs superatus es solis:
ita ut tu neq; his etiã iure esse hostis possis,qui ut insontẽ te absoluerint.po-
no si uis plebeijs uisum esse oĩbus,senatuiq; uniuerso apparuisse,te tali po
tiri calamitate,iustumq; tuum esse in nos omnes odiũ:quidnam graue in te
Marti egerunt fœminæ? cur cũ eis bellũ geris? quale in te tulere illæ de exi-
lio suffragiũ? aut quos sermones malos de te illæ habuere? quid agentes in
te iniuste,aut cogitantes nostri filij in periculũ ueniũt captiuitatis,aliorumq;
malorũ? quæ uerisimile est pati eos,si urbs capiat. nõ recte iudicas Marti,
si eodẽ modo odisse oportere putas subiecta & inimica,ita ut nec insontibus
aliquibus,neq; amicis parcatur ullis. nõ sentis utiq; cõuenientia bono uiro.
Sed ut sinam hæc omnia,quid habebis per deum quod respondeas,si quis
te roget quidnã passus à progenitoribus sepulchra eis effodis? & honores
eis aufers, quos ab hominibus acceperũt? deorũ aras,fana,templa,propter
cuius iniustitiæ iram diripis, cõcremas,& euertis? neq; ea potiri finis legiti-
mis uenerationibus? quid ad hæc diceres,equidẽ nihil uideo.Et hæc tibi de
nobis Marti senatorij ordinis: deq; alijs ciuibus,quos perdere niteris, nihil
mali ab eis passus: sepulchrisq; & templis atq; urbe, quæ te genuit & edu-
cauit,dicta sint iusta.Euersione aũt omnium hominũ,& eorum qui nihil te
læserint una cum mulieribus & pueris pœnas dari tibi conuenit? omnesq;
deos & Heroas urbis & regionis luere Tribunorũ amentiam, nullamq; ex-
ceptam neq; impunitã à te relinqui partem? nondũ ipse sufficientes ab om
nibus exegisti pœnas? tot peractis cædibus,tãta ferro igniq; uastata regio-
ne,tot urbibus à fundamẽto euersis,solennitatibusq;,& sacrificijs,& uenera
tionibus deorum,aut geniorum,quos in multis locis inhonoros,& incultos
& legitimorum honorum expertes esse coegisti. ego non utiq; dignũ dice-
rem homine,cui tanta sit consideratio quãta est uirtus,neq; cõmiscere inimi
cis amica, neq; grauem esse ira implacabilemq; in delinquẽtes in se,præser-
tim qui pœnas sumpserit de eis,multasq; & magnas.Quæ igitur de nobili-

bus defendendis,excuſandisq; plebeijs habuimus,hæc ſunt. Quæ uero tibi ob beniuolentiam proponere honoratiſſimi intendimus, pollicerique re/conciliato cũ patria,hæc ſunt.Qua in re licet tibi maxime,& quod tibi aſpi/rat numen moderari, & fortuna parce uti,cogitanti quod res omnes muta/tionem habẽt,neq; aliquid in eodem permanere diligit.Sunt enim deis ex/cellentia omnia odioſa,& ubi ad arcem illuſtrationis uenerint,uertuntur rur ſus in nihilum,patiũturq; hoc maxime duræ magnæq; ſenſuum elationes, & humanæ naturæ terminos excedentes. Licet autem tibi pulcherrime nũc bellum diſſoluere.Senatus enim omnis ſtatuit tibi reditum decernere. Eſtq; paratus populus lege confirmata,te ſolutũ exilio perpetuo reſtituere.Quid te igitur prohibet ſuauiſſimis pretioſiſſimisq; neceſſariorum tuorum aſpe/ctibus frui? & ornare oppugnatam patriam? imperareq;,ut te conuenit,im perantibus? ducemq; eſſe ducum? filijsq; & nepotibus maximam gloriatio nem relinquere.Harum autem pollicitationum nos omnium uades erimus, tanquam ſtatim exequẽdarum. Nunc autem minime pulchre haberet Se/natum aut populum tibi aliquid clementius moderatumue decernere, do/nec caſtra nobis habes oppoſita,agisq; hoſtilia.Si uero armis abſtines,ue/niet tunc tibi decretum de reditu à nobis latum,poſt nõ multo. Bona igitur hæc tibi aderunt reconciliato.Manenti autem in ira neq; odium erga nos fi/nienti,multa etiã grauia,ex quibus ego duo maxima manifeſtiſſimaq; dicã. Primum quidem quod difficilis factu rei,imò uero impoſſibilis prauam cu piditatem habes,urbis Romæ ui euertẽdæ,& hoc ipſum Volſcorum armis: deinde quod tibi ſiue feliciter ſiue infeliciter agenti accidet,ut omnium homi num infeliciſſimus exiſtimeris.Ex quibus autẽ contingat mihi iſta de te ſen tire Marti,audias,nihil ipſe ex libertate uerborum meorum exaſperandus.

S. C. de redi-tu Martij

De impoßibili

conſidera enim primũ de impoſſibili. Romanis quidem,ut ſcis & tu, iuuen/tus adeſt multa domeſtica,quam ſi tollatur ſeditio (quod nunc fiet, propter multam huius belli neceſſitatem.Nam ob communem metũ ſtudent diſſi/dentia omnia conſpirare) non dico Volſci uincent, ſed nec Italiæ gens ulla alia.multa uero Latinorum etiam,aliarumq; ſociarum urbis Coloniarum uis eſt, quam prope omnem auxilio uenturam expecta. Ducum quoque qualis tu es, ſeniorum & iuuenum tanta multitudo, quanta alijs non adeſt urbibus omnibus.Maximum uero auxiliũ,nec ſpes unquã noſtras fallens, omnibusq; humanis uiribus ſuperior eſt deorũ in nos beniuolẽtia,per quos non modo liberã & felicem urbem uſq; ad hoc tempus octauam iam gene rationem,ſed & gentium multarum principem incolimus. nec Pedanis nos aſſimiles, aut Tolerinis, neue alijs ciuibus quorum oppida occupaſti. ete/nim minor te dux, minoriue hoc tanto exercitu, paucitatem hominum & inanes munitiones ui ſubegiſſet: ſed magnitudinem urbis & claritatem rerum bello geſtarum cogita, aſſiſtentemque à dijs fortunam, per quam tanta facta eſt ex parua. ſicq; uires,quas adducens tantũ opus aggrederis,

ne eſſe

ne esse quidem mutatas puta: sed memento clare exercitum te Volscorũ & Equorum adducere, quos nos quidem qui nunc sumus multis uicimus præ/liis, quotiens ausi sunt per bellũ aduersum nos consistere: ita ut unà cũ peio/ribus certaturus aduersum meliores tendas, & cum uictis aduersus eos qui semper uincunt. Quod si essent his contraria, illud certe admiratione dignũ, quemadmodũ te latuerit, bellicarum peritum rerum: quod insignis in grauibus audacia, non ex æquo adesse solet iis, qui aliena inuadunt, & iis qui certant de bonis suis domesticis. isti enim si nõ succedat eis læduntur: illis uero si ceciderint, nihil remanet: & quod magnę labefactẽtur uires à pauciorib⁹, ualidioresq; ab inanioribus, hæc in primis est causa. Acris enim necessitas, deq; ultimis periculum sufficiens est ad imponendam alicui fiduciam, quæ non etiã natura adsit. Habui plura quæ de impossibili dicerem, sed hæc satis. Vnus adhuc relinquitur mihi sermo, quem si non per iram, sed ex ratio/cinatione iudices, recte dictus uidebitur, assistetq; tibi eorũ quæ agis pœnitentia. & quis igitur est hic sermo? Nemini mortaliũ dei futurorũ scientiã ut haberet dedere certã: nec inuenires ex omni æuo, cui res omnes ex sententia euenerint, aduersante nihil fortuna: & iccirco qui prudentia præcellunt cæteris, quam uita longior multaq; percepta afferunt, priusquam opus quod/uis incipiatur, finem putant primum eius spectari oportere. Nec tantum alterum, quod euenire uellent, sed quod sit quoq; præter sentẽtiam euenturũ: idq; duces bellorũ præcipue, tanto magis, quanto illi maiorum rerum fiunt domini, atq; causas feliciũ euentuũ, infeliciumq; referunt in hos omẽs. Deinde quãdo nulla inueniũt præter parua pauca, si non succedat eis, nocumẽta, accingũtur ad opera: si uero multa magnaq;, absistunt. Hoc igitur & tu facito, anteq; opera cogita, si in bello labes, neq; adsint tibi omnia, quid te cõtinget pati. calũniaberis ab eis, qui te ipsum susceperũt, ut maiores possibilibus res aggressus. exercitu uero nostro multo illuc aduenient̃ regionem q; eorũ uastãte (neq; eñ nos quoq; sustinebimus impunitos sinere, q nos prius lædere inceperint) duorũ altero non utiq; aberrabis: quin aut ab illis qbus fueris magnarũ causa calamitatũ, turpiter occidaris: aut à nobis, quos occisurus uenisti, inq; seruitutẽ tracturus. Fortasseq; illi quoq; anteq; in malũ aliqd̃ patiendũ deueniant, recõciliare se nobiscũ enitẽtes, te dedere ad supplicium uolent, quod & barbari multi & Græci in huiusmodi fortunas cõstituti, coacti sunt tolerare. Sed hæc parua, neq; digna memoratu uident̃ tibi, oportereq; ista negligere, aut esse ultima malorũ omniũ patiẽda. Age si uincis, qd̃ nã admirabile est tibi, pugnaq; petendũ bonũ? aut quas feres opiniones? hoc etẽ perscrutare. primũ quidẽ dilectissimis ꝓpinquissimisq; tuis priuari te cõtinget. matre misera, cui genituræ educationisq; & aliorũ q̃s ꝓ te p tulit laborũ, haud pulchras remuneratiões reddes. deinde aũt pudica uxore quæ in solitudine & uiduitate ob desideriũ tui sedet, dies illa noctesq; totas exilia tua deflens. supq; hæc duobus filiis, quos oportuit nepotes bonorum

De futura ĩta felicitate

proge

progenitorum,honoribus eorũ frui in felici glorioſos patria. Quorum omnium miſeras & infelices ſpectare cogeris conuerſiones, ſi bellum muris audeas adducere:non enim tuorum parcent alicui,qui de ſuis in periculum ueniant, à teq; paria mala patiantur: ſed in uerbera eorum & contumelias immiſericordes ipſi,inq; omnem aliam improperĩ ſpeciem deſcendent,coacti ſanè calamitatibus.neq; eorum hi qui facient, ſed qui eis impoſuerint hanc neceſſitatem,in culpa erit. Tales igitur uoluptates capies, ſuccedente tibi ex ſentẽtia hoc opere.Laudem uero & dilectionem,& honores,quos expetere oportet bonos,uide etiam quales & quos,Matricida uocatus ipſe, filiorũm que occiſor,uxoris proditor, Patriæq; euerſor.neque enim ſacrificiorum,neque libationum, neq; ueſtæ communis ſocium quocunque ueneris te uolet pius aut iuſtus aliquis: ne apud illos quidem in pretio futurus,quibus ipſe beneuolentiam demonſtrans iſta agis.ſed poſſidentes uniquique aliqua ex impietatibus tuis emolumenta,habebunt odio morum cõtumaciam. Tranſeo quod præter odium quod à clementiſſimis feres, obuiabit tibi inuidia multa æqualium,atq; minorũ metus,& propter iſta utraq; inſidiæ,multaq; difficilia,ut conſentaneũ eſt homini amicorũ inopi,& in terra habitanti hoſpita. Illas autem à dijs genijsq; immitti ſolitas grauia impiaq; peragentibus hominibus furias omitto,à quibus illi animasq; & corpora cruciati,malas hauriunt uitas,& amaros miſerabilesq; fines ſuſtinent. Hæc tu cogitans Marti,muta mentem,deſineq; ſæuire in patriam:& exiſtimans fuiſſe fortunam omniũ,quę à nobis perpeſſus es,& quibus ipſe nos afflixiſti malorum cauſam,abi gaudens ad propria,matris complexus gratiſſimos & uxoris comitates ſuauiſſimas,filiorũq; dulciſſimas ſalutationes poſſidens in tempore,& te ipſum debitum pulcherrimũ ei reddens,quę te genuit tantumq; uirum erudiuit, patrię.His à Minutio dictis parũper continens ſeſe Martius dixit: Tibi ſane Minuti uobisq; alijs qui cũ hoc miſſi eſtis à Senatu,equidẽ ſum amicus,paratus quoq; pro uobis facere quicquid boni queam:quod & prius dum ciuis ueſter eram,publicaq; agebã,in multis mihi opportunisq; temporibus fuiſtis utiles:& poſt exiliũ haud aſpernati me eſtis,deſpicientes fortunam tunc meam,ut quæ non amplius prodeſſe amicis poſſet,neq; inimicos lædere:ſed boni certiq; amici permanẽtes, matris quoq; meæ curam & uxoris filiorumqúe habentes,leuioresq; eis calamitates diligentia ueſtra efficientes.Romanis uero ſum cæteris inimicus quàm maxime poſſum,bellumq; cum eis gero,neq; unquam deſinam odiſſe eos:qui pro multis egregijsq; facinoribus,ob quæ honor mihi debebatur,tanquã in maximis erga Rempublicã deliquiſſem,me turpiter patria expulerunt, neq; matrem reueriti meam,neq; filios miſerãtes,neq; alium affectum aliquẽ in meis caſibus mitem aſſumentes. Scientes aũt hoc uos,ſiquidẽ indigetis à nobis re aliqua minime dubitantes dicite, tanq; nihilo nõ potituri poſſibiliũ. De amicitia uero & reconciliationibus quas me cũ populo facere ſpe reditus poſtulaſtis,

Martij oratio Minutio reſpondentis

deſinite